6
17 e
74

BIBLIOTECA NAZIONALE VITTORIO EMANUELE
6
13 B
44

Bibliotheca
Coll. Rom.
Soc. Jesu

SEX. AVRELII PROPERTII

Selectarum Elegiarum

LIBRI DVO.

Cum Artificijs, & enarratione P.D. Vincentij Galli Cremonenſis Cler. Reg. S. PAVLI.

Cum libello eiuſdem de Elegia.



BIBLIOTECA NAZ. VITTORIO EMANUELE ROMA

BIBL. SEC. COL. ROM. SOC. IESV

MEDIOLANI,

Ex Typographia Ambroſiana, Prope Roſam. M.DC.XXX

Don Eliſæus Turrianus Congregationis Cler. Reg. S. Pauli Præpoſitus Gen.

Libellum de Elegia, & Artificia in duobus libris Selectarum Elegiarum Sex. Propertij, & vnico Albij Tibulli, eiuſque panegyrico ad Meſſallam P. D. Vincentij Galli Congreg. noſtræ, à duobus viris eiuſdem Congregationis in eodem genere eruditis, quibus id commiſimus, recognita, & approbata, vt Typis excudantur, quantum ad nos attinet, facultatem concedimus. Dat. Mediolani in Collegio noſtro SS. Apoſtolorum Pauli, & Barnabę die octaua Aug. 1629.

D. Eliſæus Turrianus Præpoſ. Gener.

Imprimatur

Fr. Paulus Maria Ritius Commiſſ. Sancti Officij Mediolani.

Io. Paulus Mazuchellus pro Illuſtriſs. & Reuerendiſs. D. Card. Archiep.

Vidit Ien. Vicecomes pro Excell. Sen.

Digitized by Google

Illuſtriſsimo Viro

M. ANTONIO MONTIO

REGIO SENATORI.

Libellus hic noſter, & artificia in ſelectas elegãtiſſimorum veterũ duorum vatum, Sex. Propertij, & Albij Tibulli in manus hominũ emittẽda ſub tua fide, & patrocinio MONTI Senator Clariſſime, eſſe diſcupiunt. Quòd ita plurimum confidant, quidquid ab auctoris ingenij obſcuritate ſibi deeſt, tanti Patroni claritate compenſatum iri; & auctoritate aduerſus eos, qui acutiùs, & acriùs vitia iudicent, quam ea, quæ recta ſunt, videant, tutò tegi poſſe ſibi perſuadeant. Nouerunt .n. te virum non communem, ſed ſingularem, qui in iuuenta

BIBLIOTECA NAZ. ROMA VITTORIO EMANUELE

ad ſummum Senatoriæ dignitatis gradum electus fueris, quo gradu à multis fruſtrà tentato quid aliud, præter eximiam tuam virtutem, te meritiſſimum declarauit? quid verò eximius, quid admirabilius, quam ſeniles in tuo pectore animos priùs nutriuiſſe, quam ſenectam attigeris? Cæteri quidem plenam prudentiam diuturno rerum vſu, atque ætatis beneficio vix tandem acquirunt, atque ad grauiſſima Reip. munera obeunda idonei euadunt: tu verò pulcherrimarum artium aſſiduo, diligentique ſtudio adhibito, accedente egregia ſapičtiſſimi Parčtis tui cura, & prouidentia, qui eadẽ cõdecoratus dignitate merito, ac iure extitit, iuuenilib annis talis es factus, ac iſta Senatoria amplitudine nõ diuitiæ, non ambitus, verùm optimarum virtutum cohors te cohoneſtauit, & auxit. Hanc artes ingenuę, quibus enutritus fuiſti, debitam tibi mercedem perſoluerunt. Næ ego haud ſecus, atque accidit, iam tum futurum præſens, ac præſagiui, cum adhuc adoleſcentulus vnà cum fratre tui ſimillimo in noſtris Alexandrinis Gymnaſiis Rhætoricas Theſes acutiſsimè, & ornatiſs.mè nonnunquam oppugnabas. Cuius equidem tempeſtatis recordatione

non

non rarò multum ſum delectatus. Quod quidem, tùm etiam multò magis ea, quæ omnes ingenuè, & abſque liuore iudicantes de te & ſentiunt, & loquuntur; præſertim verò propenſiſsima tua in noſtram Congregationem voluntas, quam multis iam officijs declaraſti, in explorata ſpe me eſſe faciunt, vt his laboribus tua beneuolentia, quaſi propitio numine ſis adfuturus: ſi in tuo nomine in apertum referantur, atque appareant. Huiuſmodi igitur adminiculo fultæ noſtræ lucubrationes, ac tali patrono, & tutore protectæ abſque iniuriæ metu ex vmbra, & otio in medium educuntur ad poeticæ ſtudioſorũ vtilitatem. Reliquum eſt, te exorem, vt, quemadmodum, qua es benignitate, rebus huius Collegij noſtri fauere conſueſcis, ita mea hæc excipias, & tuearis.

Mediol. ex Coll. Alexandrino die xvij. Nouembris. M. DC. XXIX.

Celſitudinis Tuæ

Humill. & obſeruãtiſs. in Domino ſeruus

D. Vinc. Gall. Cler. Reg. S. Pauli

ad ſummum Senatoriæ dignitatis gradum electus fueris, quo gradu à multis fruſtrà tentato quid aliud, præter eximiam tuam virtutem, te meritiſſimum declarauit? quid verò eximius, quid admirabilius, quam ſeniles in tuo pectore animos priùs nutriuiſſe, quam ſenectam attigeris? Cæteri quidem plenam prudentiam diuturno rerum vſu, atque ætatis beneficio vix tandem acquirunt, atque ad grauiſſima Reip. munera obeunda idonei euadunt: tu verò pulcherrimarum artium aſſiduo, diligentique ſtudio adhibito, accedente egregia ſapiẽtiſſimi Parẽtis tui cura, & prouidentia, qui eadẽ cõdecoratus dignitate merito, ac iure extitit, iuuenilib annis talis es factus, ac iſta Senatoria amplitudine nõ diuitiæ, non ambitus, verùm optimarum virtutum cohors te cohoneſtauit, & auxit. Hanc artes ingenuę, quibus enutritus fuiſti, debitam tibi mercedem perſoluerunt. Næ ego haud ſecus, atque accidit, iam tum futurum præſens, ac præſagiui, cum adhuc adoleſcentulus vnà cum fratre tui ſimillimo in noſtris Alexandrinis Gymnaſiis Rhætoricas Theſes acutiſsimè, & ornatiſsimè nonnunquam oppugnabas. Cuius equidem tempeſtatis recordatione

non

non rarò multum ſum delectatus. Quod quidem, tùm etiam multò magis ea, quæ omnes ingenuè, & abſque liuore iudicantes de te & ſentiunt, & loquuntur, præſertim verò propenſiſsima tua in noſtram Congregationem voluntas, quam multis iam officijs declaraſti, in explorata ſpe me eſſe faciunt, vt his laboribus tua beneuolentia, quaſi propitio numine ſis adfuturus: ſi in tuo nomine in apertum referantur, atque appareant. Huiuſmodi igitur adminiculo fultæ noſtræ lucubrationes, ac tali patrono, & tutore protectæ abſque iniuriæ metu ex vmbra, & otio in medium educuntur ad poeticæ ſtudioſorũ vtilitatem. Reliquum eſt, te exorem, vt, quemadmodum, qua es benignitate, rebus huius Collegij noſtri fauere conſueſcis, ita mea hæc excipias, & tuearis.

Mediol. ex Coll. Alexandrino die xvij. Nouembris. M. DC. XXIX.

Celſitudinis Tuæ

Humill. & obſeruãtiſs. in Domino ſeruus

D. Vinc. Gall. Cler. Reg. S. Pauli

Ad poeticæ artis Studioſos Auctoris Præfat.

CVm nuper Syntagma de Lyrico poemate cum Artificijs in ſelectas Horatij Odas ediderim, nec non Opuſculum de epigrammate illuſtriũ magis tum veterum, tum recentium Epigrammatariorum exemplis nobilitatum: ratio poſtulare videbatur, vt aliquid etiam de Elegia emitterem; quod hæc pariter ad Lyricum poema referatur: & in hiſce tribus poematũ generibus tum noſcendis, tum conſcribendis adoleſcentes poeticæ facultatis ſtudio delectantes inprimis verſentur, cumque in ſuperioribus ita me geſſerim, vt poſt tradita præcepta, quibus intelligi, conſcribivè queant, ad pleniorem intelligentiam optimorum vatum in illis generibus exempla adduxerim, atque eadem artificiorum detectione illuſtrauerim: haud ſecus

in

in hoc genere mihi faciendum duxi. Quapropter præmiſſo perbreui de Elegia libro, qnod omnia fere, quæ diximus in Syntagmate, huc etiam haud obſcure ſpectare videamus, grauiſſimas quaſque, ac nulla fœditate oblitas, aut obſcænitate maculatas Propertij, ac Tibulli Elegias ſelegi, quibus tamquam dotem, elucidationes adieci, ac, ne mihi tantum ſtuduiſſe viderer, in lucē ad publicam iuuentutis vtilitatem, & commodum prodire haud moleſtè tuli. Præſertim verò, cum iam mihi experientia magiſtra compertum ſit, neque oleum, neque operam in huiuſmodi enucleationum generibus omninò perdidiſſe; quinimmo adoleſcentium ſtudijs vtiliter ſatis deſudaſſe. Tum quia hac ratione, & eorum ſatis conſultum moribus obſcænis quibuſque, aut leuiter malè olentibus reiectis, cenſeo, tum etiam, quod ad plurimam eruditionem, atque ad huiuſmodi poemata conficiendi artem, ampliorem, facilioremque aditum patefactum mihi perſuadeo. Siquidem Propertij libri culti ſunt, & omni eruditionum genere expoliti.

De quo plenius iudicium habes in prin
cipio primi noſtri artificij. Tibullo
vero in Elegijs vna omnium ferè Scriptorum conſpiratione, vt inquit Gyraldus in poetarum hiſtoria, vno omnium conſenſu palma defertur. In quatuor elegiarum libris Fabio Quintiliano terſus æque, ac elegans iudicatur. Hunc ipſum Horatius multa laude proſecutus, iudicem, & cenſorem poematum ſuorum fecit. Martialis, quam in elegiaco excelluerit carmine, periphraſi illa perquam honorificè teſtatus fuit.

Cum ſis improbior Maſſimiliane,
Quam qui compoſitos metro Tibulli
In Stellæ recitat domo libellos.

C. Velleius Paterculus Naſonem, & Tibullum perfectiſſimos in forma operis ſui appellauit. Denique hos duos Elegiacos ita quidam inter ſe confert. Vterq; inquit, mollis, ac tener, & facilis, qui ambo & amores cecinere, & verſiculos illos incluſere, quaſi remiſſi, & ſolutioris cuiuſdã modi, quos elegiacos vocant. De his inter veteres contentio fuit, vter alteri præferendus videretur. Ego vero quoties carmina Tibul

li

ſſego,nihil amplius requiro, neq; venuſtatis, neq; elegantiæ: doctrinā autem,& eruditionem admiror. Omnia arte,ſtudioq; ſummo elimata mihi videntur. Itaque in maxima facilitate, illa tamen cura elaborationis, & diligentiæ conſpicitur. Verba optima,ſententiæ exquiſitę,compoſitio omnibus, vt aiunt,numeris perfecta, ex quo neceſſe eſt,hoc conſequatur, carmina, vt ſint,& canora,& ſplendida,& concinna. Quid autem in Ouidio,quævè laus eminet? primum ingenij tanta vis, ac tam agiles, tamque celeres motus, tā prompta facultas, tanta bonitas in hac parte naturæ;vt in facili, & extemporali genere quodam, nihil reperia non ſolum,quod ſcriptis illius antefer re, ſed ne conferre quidem poſſis. Nihil in illis ſolicitum,nihil quæſitum,nihil anxium. ſententijs verba vrgentur, verba ſententias incitant. Nulla copia, nullum ornamentum, nulla inſignia ſunt orationis, quæ non inueſtigata quidem,aut conquiſita fuerint ab hoc poeta,ſed quæ non illi vltrò occur rerint, & ſuppetierint. Vt iam aliquibus,faſtidioſis ſcilicet, offenſioni magis,

gis, quam delectationi hæc eſſe ſoleat, & dolori inuidis, ex quo obtrectatio alienas quaſi diuitias inſectans naſcitur. hactenus ille. Hinc igitur facilè eſt intelligere, quantæ delectationi, quantoque vſui poeticæ facultatis ſtudioſis futurũ ſit, poſſe abſq; vlla proborum morum iactura hoſce tam egregios vates in Elegiaco carmine principatum obtinentes volutare, poeticis diuitijs augeri, & locupletari, nouiſq; delicijs oblectari. Quod quidẽ, vt ſpero, per hũc ipſum laborem noſtrũ facili negotio cõſequentur. Quod ſi erit, & quod mihi gratuler, erit, & cur mè huius muneris ſuſcepti non pœniteat.

Clariſſimi Viri
HIERONYMI BOSSII,
Ticinenſis Iuriſconſulti,

Olim in Palatino Inſubrum Gymnaſio latinæ Philologiæ,

DOCTORIS PRIMARII,
nunc verò in Patriæ Vrbis Academia Regij eloquentiæ Interpretis.

EPIGRAMMA.

Ad Doctiſsimum, & Eruditiſsimum Virum,
VINCENTIVM GALLVM,
Propertij Elegias explicantem.

Vſſit amatoris pectus quæ flamma Properti,
Ignibus exardens, Cynthia, flamma tuis;
Aetnæos æquare nequit quos excitat æſtus
Permagno Aonijs GALLVS amore ſui.
Vt fuit atque minùs, non pura mente, pudicus
Vatis amor, perijt cùm tua membra furens,
Nunc in caſta magis comburunt corda Camœnis
Virginibus tanti verba pudica viri.
Namque tuo, retegit dum veſtra incēdia, Muſas
Fontibus in medijs igne calere iubet;
Cūq; Choro abripitur GALLI ſic Phœbus amore,
Sit ſolùm vt GALLVS nunc Heliconis amor.

✠ 6 Eiuſ-

Eiuſdem

Ad eundem poeticum artificium in Tibulli ſelectis Elegijs explicantem.

PEctore cum tumuit calido tibi candida bilis,
Mens fuit, & Clario plena, Tibulle, deo:
Dixti illa, inſanum Phœbus quæ miſerat ipſe
In vatem, pectus miſerat inque ſacrum.
Nec noſti, arcitenens quid tum loqueretur Apollo
Ore tuo, mentis neſcius ipſe tuæ.
Gallus, at Aonios aperit qui in carmine ſenſus,
Explicat, & verbis qui tua verba ſuis,
Interpres Cinthi, & vatis ſic munera complet,
Sit deus vt vati, ſitque poeta deo.

DE ELEGIA
LIBELLVS.

Elegiæ notatio, definitio, materia, & inuentor. Cap. I.

ELegia græca dictio latine lamentatio, & carmen miſerabile dici ſolet. Idcirco Scaliger in funeribus prius dictam, ac habitã fuiſſe putat: ſentẽtiamq; ſuam Ouidij teſtimonio fulcit, qui in Tibulli funere ita cecinit.

Flebilis indignos Elegeia ſolue capillos,
Ah nimis ex vero nunc tibi nomen iniſt.
Ille ſui vates operis, ſua fama Tibullus
Ardet in exſtructo corpus inane rogo.

Idem putat poſtea a funeribus ad amores tranſlatam fuiſſe. Quod frequens ſit in amoribus conqueſtio, & mors veriſſima. Quamquam deindè libro tertio contrarium aſſerat, ab amantum commiſeratione dictã, diffuſam eius ſignificationem ad eum etiam fuiſſe, qui potitus eſſet. Quaſi ita huiuſmodi carmini gratiæ agerentur. Veluti apud Ouid.

Ite triumphales circum mea tempora lauri &c.

Verum communior eſt ſententia Elegiam principio fuiſſe funebrem lamentationem.

Elegia ita definita eſt à Minturno. Elegia

eſt

aſt cuiuſdam perfectæ actionis, & propriè quæribundæ per verſus interuallis numerorum coniunctos diſparibus imitatio. *Imitatio perfectæ actionis* genus eſt: *propriè quęribundę* differentia. Nã cætera poemata non habent propriam materiam conqueſtiones, per verſus interuallis numerorum, coniunctos diſparibus: alia differentia innuitur ab iſtrumentali cauſa deprompta, hoc eſt a genere verſuum, quibus illa actio explicatur. & eſt periphraſis Elegiaci carminis; quod eſt verſuum exametri, & pentametri iunctio.

Quod carminis genus, ex Scaligero, conqueſtionibus ideo aptum eſt, quod in tres ſyllabas abeat, duas breues, & tertiam longã, quæ nullo in verſu efficere poteſt, vt ſuã ratio habeatur, & quod conſtanti heroico luxus pentameter ſubdatur.

Quod imparibus verſibus Elegia conſtet, Ouidius docet illo diſticho.

Venit odorat os Elegia nexa capillos,
Et, puto, pes illi longior alter erat.

Idem alio diſticho clarius.

Sex mihi ſurgat opus numeris in quemq; reſidas
Muſa per vnde nos emodulanda pedes.

Ex genere, & differentia allatę definitionis intelligimus Elegiam propriè deſtinatam eſſe ad obitum alicuius proſequẽdum; Veluti Ouidius Druſi mortem deplorat: Ad quaſcunq; miſerias enarrandas; vt idẽ facit in libris de Ponto, & Triſtibus: Ad amores, & querelas amatorias, idem in Heroinis, alijſque operibus: Iam vero etiã læta cæpta ſunt comprehendi ob ſuperiorem Scaligerũ

ratio-

rationem, quam ex Horatio ſumpſit.

Verſibus impariter iunctis querimonia primum,
Poſt etiam incluſa eſt voti ſententia compos.

Quo in loco materia propria omniũ poetarum eleganter ita deſcribitur.

Res Imperatorum, regum, principũ, ſiue domi, ſiue belli geſtæ verſibus exametris ſunt explicandæ.

Quærimoniȩ, deſideria, voluptates, & res beatæ Elegiacis ſunt decantandæ.

Conuitia, & contumeliæ; res comicæ, & tragicæ iambicis exprimendæ.

Laudes Heroum, ludi Olympici, iuuenũ amores, commeſſationes, conuiuia lyricis verſibus rectè celebrantur.

Copioſiora argumenta à Scaligero Elegiæ aſſignantur lib. 3. cap. 125.

Si deindè impropriam materiam Elegiæ ſpectamus, nihil fere eſt, vt Robortellus, & Minturnus bene obſeruarunt, quod non fuerit aliquando huius carminis argumentum.

Elegia olim res bellicæ ſcriptæ fuerunt. Tyrteus claudus, luſcus, ludiq; magiſter militiam ſecutus, adeo militũ ſuorum animos hoc genere carminis incitabat; vt quaſi furentes in hoſtem irruerent. Vndè Horatius ad Piſones.

Tyrteuſq; mares animos ad Martia bella
Verſibus exacuit.

Solon apud Athenienſes in legibus deſcribendis, & Teognis antiquiſſimus, doctiſſimuſque Poeta in preceptionibus dandis, quæ ad mores, vitamque rectè inſtituendam pertinent, Elegia vſi fuerunt.

Ouidius

Ouidius Faſtos Romanos elegiaco carmine conſcripſit, qui ob rerum grauitatem heroici carminis materia eſſe debent.

Videmus deniq; verſibus elegiacis omnia tentata fuiſſe.

De Elegiæ inuentore nihil certi Horatius attulit in poetica. ſunt tamen, qui dicant Theoclem Naxium eam inueniſſe, & citant Ioſephum lib 2. antiquitatum Iudaicarum.

Partes qualitatis Elegiæ. Cap. II.

Tot ſunt partes qualitatis Elegiæ, quot Odę, imitatio, fabula, mores, ſententiæ, & verba. Quæ cum a nobis in ſyntagmate de lyrico poemate plenè ſint pertractatæ, & tā Elegiæ, quam odæ aptētur, ibi lector eas videre poterit. Tantum hic addo, patheticū, & moratum eſſe hoc poematis genus. Quod vehementioribus, ac mitioribus affectibus conſtet.

In amatoria poeſi mores præſertim regnant; in interitu vero alicuius deſcribēdo pathetica oratio, in qua commiſeratio, cōqueſtio, exclamatio, apoſtrophe, proſopopeia, ſeu fictio perſonarum frequentantur. Cum pariter hoc poema æquabile, lene, elegans, & candidum orationis genus poſtulet; illas etiam ſententias, illaque verba exigit, quæ temperatæ dictioni conueniunt. Communiſque illa præceptio eſt formam, ſiue ideam orationis, quæ ex verbis, ac ſentētijs conflatur, prudenti poetæ mutandā, variandamque eſſe pro rerum multiplicitate, quæ occurrunt deſcribendæ, vt decorum ſeruetur.

uetur. Sed de notis, ac formis dicendi agimus in Rhetore libro tertio de elocutione.

Partes quantitatis Elegiæ. Cap. III.

SI magnitudinem Elegiæ ſpectamus, cum in propria ſignificatione ſumitur, permagnũ opus eſſe nequit, vt benè tradit Minturnus. quod nõ genus vniuerſum, ſed quod ſingulare eſt conſectetur, quodque ſingulatim accidit, maius tamen eſt, quam epigrãmatis, & odæ.

Quod ad partes quantitatis attinet, ſi elegia extra propriam ſignificationẽ ſumitur, hoc eſt, quando rerum explicatio in libros deducitur, non dubium eſt, quin neceſſario proponendum, inuocandum, atque narrandum ſit. Quod Ouidius fecit in primo Faſtorum: in primo diſticho propoſuit.

Tempora cum cauſis Latium dig. ſta per annum,
Lapſaque ſub terras, ortaque ſigna canam.

Deinde ad Cæſarem Germanicum vota ſua direxit, & carminis præſidium ab eo petijt.

Accipe pacato Cæſar Germanice vultu
Hoc opus, & timida dirige nauis iter.

Idem ſimiliter fecit in ſingulis libris illius operis, & poſt inuocationem ſequitur narratio.

Quando verò Elegia in propria verſatur ſignificatione, eas quippe partes, atq; eadẽ ratione habere cõperimus, quas, & qua ratione in ſyntagmate de lyrico poemate oſtendimus, & probauimus Odas habere, quæ ſunt propoſitio, inuocatio, narratio, epiſodia,

dia, & finis. Quarum partium naturam, ac vim cum in ſyntagmatè diffuſè declarauerim, hic non repetam, ſed tantum aliquot exemplis rem illuſtrabo.

Propoſitio, & inuocatio Elegiæ. *Cap. IV.*

PRopoſitio, vt diximus in Rhethore, eſt triplex, ſimplex, exordij, & cõfirmationis. Simplex pars eſt loci grauis, ſiue ſentẽtiæ explicandæ: propoſitio exordij, ſeu narrationis eſt poſitio cauſæ confirmandæ, quæ ſemper neceſſaria eſt, vbi tertia prętermittitur, tertia eſt, quæ rem tractãdam clarius, & diſtinctius oculis ſubijcit, quam propoſitio exordij, quæ àuditorem tantum de re communiter commonet, & cum hac tertia ſolet eſſe partitio, vel numeratio.

Elegiacus duabus prioribus propoſitionis formis frequentius vtitur. occultè enim, & latenter vt plurimum proponit abſque partitione, vt diximus de odis in ſyntagmate, Ouidius in prima Elegia de Triſtibus, quæ in deliberatiua cauſa verſatur, proponit mandatum libello ſuo per proſopopeiam de itinere faciundo Romam.

Paruo, nec ideò, ſine me liber ibis in Vrbem,
Hei mihi quòd domino non licet ire tuo.

Deindè præſcribit illi rationem eundi, & multa præcepta dat.

Vade, ſed incultus, qualem decet exulis eſſe.

In altera exordio non vtitur: ſed ex abrupto incipit Deorum auxilium implorare, & vſus eſt ſimplici ſpecie propoſitionis.

Di-

Di maris, & celi (quid enim niſi vota ſuperſunt?)
Soluere quaſſata parcite membra ratis:
Ne ue, precor, magni ſubſcribite Cæſaris iræ.

In tertia incipit a cõſternationis, luctus & doloris propoſitione, quam ſibi renouari dicit; quoties de ſuo diſceſſu in exilium cogitat

Cum ſubit illius triſtiſſima noctis imago.
Quæ mihi ſupremum tempus in vrbe fuit.
Cum repeto noctem, qua tot mihi cara reliqui
Labitur ex oculis tunc quoque gutta meis.

Poſtea narratio ſequitur.

Iam prope lux aderat

Tibullus in prima Elegia ornate, ac oratoris proponit ſe vitam agreſtem deſiderare, ac ocium, modo arcta inopia non premattur.

Contrarium ſtudium præmiſit.

Diuitias alius fuluo &c.

Tum propoſuit.

Me mea paupertas vitæ traducat inerti,
Cum meus aſſidue luceat igne focus.

In tertia non clare propoſuit, facile tamẽ colligitur propoſitio ex quatuor primis verſibus, in quibus dolet, quod Meſſalam ſequi nequeat egritudine impeditus. nam inde patet ſuam ægrotationem conqueſturum eſſe Tibullum.

Ibitis Aegeas ſine me Meſſalla per vndas:
O vtinam memores tuq; cohorſq; mei.
Me tenet ignotis egrum Phæacia terris:
Abſtineas auidas mors precor atra manus.

Videatur artificium Eleg. VIII. ex Select. Prop.

Pro-

Propertius apertiſſimè propoſuit in Elegia illa libri quarti.

Tarpeium nemus, & Tarpeia turpa ſepulcrum
Fabor, & antiqui l mina capta Iouis.

Poſtea narratio ſequitur.

Lucus erat felix ederoſo conditus antro.

Tibullus ſimiliter Elegia 2. l. 2. non obſcurè proponit rem canendam, quæ eſt natalis diei celebratio.

Dicamus bona verba: venit natalis ad aras.

Idem Elegia 1. lib. 2. clare proponit luſtri celebrationem.

Quiſquis adeſt faueat: fruges luſtremus & agros.
Ritus vt a primo traditus exſtat auo.

Poſtea inuocat Bacchum, & Cererem.

Bacche veni, dulciſq; tuis è cornibus vua
Pendeat, & ſpic s tempora cinge Ceres.

Tertio in loco ſequitur narratio.

Luce ſacra requieſcat humus, requieſcat arator.

Exemplum perfectæ Elegiæ eſt quinta li. 2. exordium habet narrationem, & perorationem; in exordio inuocat Phœbum, & proponit nouum augurem.

Phœbe faue, nouus ingreditur tua tēpla ſacerdos.

Narratio eſt.

Phœbe ſacras Meſſallinum ſine tangere chartas.

Clauſula ab exordio non differt, niſi forma dicendi, namque renouatur inuocatio.

Annue: ſic tibi ſint intonſi Phœbe capilli,
Sic tua perpetuo ſit tibi caſta ſoror.

Propertius Elegia 6. lib. 4. ſimul inuocat, & proponit apertiſſimè.

Muſa Palatini referamus Apollinis ædem:
Res eſt Apolline d gna fauore tuo.

Plura

Plura exempla erunt in noſtris artificijs in Elegias Tibulli, & Propertij. &c

Concludimus propoſitionem diſtinctam, atq; inuocationem in Elegia adhiberi poſſe, cum argumentum graue, heroicum, & vt ſupra dixit Propertius, dignum Calliopes fauore præmanibus habetur: vt plurimũ verò propoſitionem, & narratione Elegia tractatur; vti ex Ouidianis colligitur.

De Narratione, & Epiſodijs. Cap. V.

QVæ diximus in ſyntagmate capite vigeſimo tertio de narratione, & capite quarto de Epiſodijs non minus ad Elegiam, quã ad Odã faciunt. idcircò tibi videantur.

Narratio elegiaca ſecundum Scaligerum debet eſſe candida, mollis, terſa, perſpicua, atque, vt ita dicam, ingenua, affectibus anxia, non ſententij exquiſitis, non conquiſitis fabulis offuſcata. Conſperſa tamen, ex Robortello incedere debet, ac tincta inprimis aliqua antiquitatis ſignificatione: ſæpe etiã occulta, ac, dum aliquid narratur, interpoſita. Vt apud Tibullum Elegia prima.

Et quodcunq; mihi pomum nouus educat annus;
Libatum agricolæ ponitur ante Deum.

Innuit enim fructuum primitias.

In eadem Elegia.

Nec è puris ſpernite fictilibus:
Fictilia antiquus primum ſibi fecit agreſtis
Pocula, & facili compoſuitq; luto.

Ijs enim vtebantur veteres in ſacris faciendis, cum magis erant frugi.

Narrationem, præter figuras, frequens, &c

non

non longa digreſſio plurimum ornat; Tibullus Elegia 3. lib. 1. Epiſodium fecit in laudē ætatis aureæ.

Quam bene Saturno viuebant rege, priuſquam
Tellus in longas eſt pateſacta vias.

In eadem inferius aliud addidit in laudem Eliſiorum.

Hic Choreæ, cantuſq; vigent. paſſimq; vagantes
Dulce ſonant tenui gutture carmen aues.

Longiora etiam inueniuntur, vt illud Tibulli Elegiæ 5. lib. 1. quod in artificio explicamus.

Sunt pariter Epiſodia in elegijs ſine reditu ad rem, ſicuti in odis, vt diximus in ſyntagmate de lyrico poemate cap. 4. tale eſt Propertij in elegia 10 lib. 3. ſed commodius in artificijs elegiarum explicabuntur, & facilius intelligentur.

Confirmantur denique, quæ narrantur omnibus argumentis è communibus locis depromptis; ſed maxime exemplis per comparationem à ſimili, diſſimili, maiori, minori, pari, & contrario, ſententijs breuibus, & acutis. Quorū exēpla quædam dantur à Minturno: ſed plura legēti elegorū ſcriptorum inſigniū monumēta, quales ſūt Tibullus, Propertius, & imprimis Ouidius, quem in verſuum ſuauitate, & elegantiæ cœteris eſſe præferendum, ac imitandum exiſtimo, paſſim ſeſe offerent obſeruanda.

Quod ad finem Elegiæ attinet, videri poſſunt, quæ diximus de fine Odæ in ſyntagmate capite poſtremo, & obſeruari ex artificijs noſtris elegiarum.

De

Sunt qui putant vitium eſſe in Elegiacō carmine ſententiam diſticho non abſolui. verum hoc falſum eſſe omnium Elegiacorū teſtimonijs comprobari poteſt. nec exemplis opus eſt ad hoc probandum.

Illud quidem rarius eſt apud claſsicos, diſtichon virgula ſaltem non claudi.

Neque verum eſt Cæſuram elegiacam lōgam ſemper oportere eſſe. Catullus

Perfecta exigitur vnica amicitia.

Propertius.

Vinceris, aut vincis, hæc in amore rota eſt.

Scaliger etiam obſeruauit veteres non sēper cæſura elegiacum, ſed perpetuo tractu duxiſſe ad anapeſtos Cat.

Troia virum, & virtutum omniū acerba cinis.

Quā modo, qui me vnū, atq; vnicū amicū habuit

Speraret, nec linguam eſſe, vel auriculam.

Et mutum ne quidquam alloquerer cinerem.

Proprium etiam exemplum adducit, quo dicit ſe imitatum antiquitatem hiſpida oratione, cum loquentem Fabricium faceret.

His dominarier auſim auri etiam dominis.

Hoc tamen paſsim faciendum non eſt, vt quodcunque aliud, quod rarum ſit. ſi de veteribus ſermo eſſet, aut antiquus loquens induceretur, aut natura rei poſtulare videretur, tali licentia vti liceret, ſecus vitium eſſet.

Obſeruatum eſt pentamentum ab Ouidio rarò claudi dictione, quæ plures, quam duas ſyllabas habeat ad ſuauitatem gignēdam:

Ca-

Catullus vero frequentiſſime, quem quidam imitati ſunt, quod quidem auribus eſt inſuaue, ac iniucundum.

Item duriter deſinit in monoſyllabā, niſi encletica ſit, aut alia monoſyllaba præcedat, aut eliſio fiat. Ouid.

Præmia ſi ſtudio conſequor illa ſat eſt.

Si cui præcipue ſors mea viſa tua eſt.

Ouidium igitur, qui concinnus eſt, in elegiaco carmine ſequendum puto.

Exametrum carmen ſuauiter deſinit in diſſillabam dictionem, & triſyllabam.

Tetraſyllabæ, pentaſyllabæ, & monoſyllabæ ſunt vltandæ: niſi arte aliqua ad exprimendum aliquem affectum adhibeantur. vt apud Virgil.

Cornua velatarum obuertimus antennarum.

Procumbit humi bos

Non tam durè cadet altera monoſyllaba præcedante: vt de Pentamento diximus. Virgil.

Nunc te marmoreum pro tempore fecimus, at tu.

Sed de hac re conſule Erythreum.

Spondei in carmine continuatio, præſertim in quinta ſede apta eſt querelis, lamentationibus, rebus arduis, & grauibus: dactili trepidationi, propertioni, hilaritati. Quæ mire Virgil. ſeruauit.

ELEGIARVM SELECTARVM SEX. PROPERTII

Cum artificijs, & enarratione P.D. Vincentij Galli Cler. Reg. S. PAVLI.

LIBER PRIMVS.

Eleg. I. ex Selectis Propertij.

ARGVMENTVM.

Hac elegia, quæ in iudiciali genere verſatur, Cynthiam coniugem ſuam acriter reprehendit, ac perfidia accuſat. Quod, cum ipſe in magnum diſcrimen adductus eſſet, illa de eo nihil laboraret, neque quidquam remitteret de priſtino colendæ ſuę formę ſtudio: ſe tamen illius

amorem ex animo depoſiturum vnquam negat. Periculum illud putat eroaldus fuiſſe; quod ob necem Galli conſortis peregrinabundus fuerit maxima cum anxietate, vel naufragio agitatus.

Elegia. 15. 1.

Sæpe ego multa tuæ leuitatis dura timebam,
Hac tamen excepta Cynthia perfidia.
Aſpice me quanto rapiat fortuna periclo:
Tu tamen in noſtro lenta timore venis;
Et potes externos manibus componere crines,
Et longa faciem quærere deſidia.
Nec minus Eois pectus variare lapillis:
Vt formoſa nouo quæ parat ire viro.
At non ſic Ithaci digreſſu mota Calypſo
Deſertis olim fleuerat æquoribus.
Multos illa dies incomptis mæſta capillis
Sederat iniuſto multa locuta ſalo.
Et quamuis nunquam poſt hæc viſura, dolebat
Illa tamen longæ conſcia lætitiæ.
Alpheſibæa ſuos vlta eſt pro coniuge fratres,
Sanguinis & cari vincula rupit amor.
Nec ſic Aeſonidem rapientibus anxia ventis
Hypſipyle vacuo conſtitit in thalamo.
Hypſypyle nullos poſt illos ſenſit amores,
Vt ſemel Aemonio tabuit hoſpitio?
Coniugis Euadne miſeros elata per ignes,
Occidit Argiuæ fama pudicitiæ.
Quarum nulla tuos potuit conuertere mores
Tu quoq; vti fieres nobilis hiſtoria.
Deſine iam reuocare tuis periuria verbis

Cyn-

Cynthia, & oblitos parce mouere Deos.
Audax ah nimium noſtro dolitura periclo,
Si quid forte tibi durius inciderit.
Multa prius vaſto labentur flumina ponto,
Annus & inuerſas duxerit ante vices,
Quam tua ſub noſtro mutetur pectore cura,
Sis, quodcunq; voles, non aliena tamen.
Quamne mihi viles iſti videantur ocelli,
Per quos ſæpe mihi credita perfidia eſt.
Hos tu iurabas, ſi quid mentita fuiſſes,
Vt ſibi ſuppoſitis exciderent manibus:
Et contra magnum potes hos attollere ſolem?
Nec tremis admiſſæ conſcia nequitiæ?
Quis te cogebat multos pallere colores,
Et fletum inuitis ducere luminibus?
Queis ego nunc pereo, ſimiles moniturus amantes:
O nullis tutum credere blanditijs?

Artificium.

Sex. Propertio, vt annotauit Beroaldus, cõſenſus plurimorum palmã dat in elegiaco carmine, qui grauitate ſententiarum, pondere verborum, eruditione minime triuiali haud dubie eſt eminentiſſimus: idem ardens, concitatus & interdum ſupra elegiarum ſtylum grandiloquus; in affectibus vero amatorijs explicandis facile præcipuus. Amat, vt q veriſſime: dolet, vt qui impatiẽtiſſime. Græcorum, & in primis Callimachi exprimit æmulationes, quo vno præcipue eſt vſus archetypo. vnde non minus vere, quã eleganter ſe Romanum Callimachum ap-

pellat. Hic vnus omnium affectiones cupidineas apte, miſeranter, lacrymosè inflamanter executus eſt. Hactenus Beroaldus.

Conſtat hæc elegia propoſitione, quæ in primo diſticho continetur, tum narratione, concluditur exclamatione. *O nullis.*

Sæpe ego. propoſitio eſt Cynthiam perfidã eſſe. dicit namq; ſæpe ſe timuiſſe, ne illa in ſe multa dura patraret, quod leuis eſſet; nũquam tamẽ perfidam ſibi futuram, quod duriſſimum ſibi eſt, quod inexpectatum fuerit. perfidia namq; eſt fidei violatio, & cõiugati eiuſdem eſſe ſortis debent tam proſperæ, quom aduerſæ. Cynthia verò non erat aduerſæ, igitur perfida.

Dura leuitatis adiectiuum ſubſtantiue poſitum eſt, ideo genitiuum regit. vt etiã *angusta viarũ: occulta ſalicum.* quod poetis maxime familiare eſt. Hor. *peracuta belli* Catullus *truculenta pelagi*. Liuius *aſpera montium* quidã legunt *damna leuitatis*, ſed eruditiores *dura* alij etiã *iura* id eſt, quæ tibi licere putas quia incõſtantia mulierũ eſt propria. *Hac tamen.* Hanc vnã perfidiã timere non potuit.

Aſpice. Narrare incipit ſe in periculo verſari, ipsã vero Cynthiã nullo timore moueri.

Me quanto rapiat fortuna periclo. quantum in diſcrimen vitæ me vocet fortuna. Et *periculo* vel datiuus eſt pro accuſatiuo cũ ad, vel ablatiuus, pro cum quanto periculo. *venis lenta*. es lenta, nihil commoueris. vt elegia 5. huius libri.

Non impunè illa rogata venit. prorogatur.

Ouid.

Ouid. Nō ego diuitib' venio pceptor amādi.

In noſtro timore periculo metonymice poſito effectu pro cauſa. nam in magno periculo timent verſantes.

Et potes. probat eam nō timere ab effectis diuerſis. quòd nimium ſe ornet tali tempore, & multiplicem deſcribit ornatum. quòd caput capillis externis, hoc eſt peregrinis, & emptis componat, ornet, comet, arte fingat: quod longū tempus terat in facie quærenda; hoc eſt in forma ſibi concilianda, & paranda longa ineſtiq; mora. quia, vt ait comicus, *dum comūtur, dum moliuntur feminę, annus eſt.* Mulier faciem quęrit, cum, quæ natura abſunt, arte addit, veluti cincinnos, fucū: quod tandē variet pectus, hoc eſt ornet varietate. vnde Cic. 1 d. or. variare orationē verborum ſententiarumq; inſignibus dixit. *eois lapillis* orietalibus gemmis, veluti Chryſolitis, berillis, ſmaragdis, amethyſtis.

Vt formoſa: nimium eius cultum exemplo nouę nuptæ declarat: tota ſentētia indignationē dicentis habet ob rei indignitatem.

Pulchræ phraſes poeticæ obſeruētur. *componere crines externos*: *quærere faciem longa deſidia*: pro verſari diu in facie ornanda.

Variare pectus periphraſis nouæ nuptæ, *vt qua parat ire formoſa nouo viro*, vt nouo marito placeat. Formoſa poſt infinitum ponendū eſt: parat ita ſe, vt eat formoſa. nouo viro, ad nouum maritum. vt, id clamor celo: vel datiuus vtilitatis eſt.

At non. Ad arguendam Cynthiæ infide-

litatem inductionem adhibet ſex fœminarum, quæ ſuis maritis fideliſſimæ fuerunt. quæ exempla a loco contrariorum, ſiue diſſimilium ſunt ducta. Prima eſt Calypſo, quæ Itacum, id eſt Vliſſem naufragum apud ſe humaniter ſeptennium retinuit: poſtea coacta Iouis imperio obtemperare, vt fineret eum in patriam ſuam Itacam reuerti, omnia neceſſaria diſceſſuro dedit, & inuita amoris deſiderio abeuntem vidit. vnde Ouid.

Ah quoties illum doluit properare Calypſo,
Remigioq; aptas eſſe negauit aquas.

Ordo eſt: *At Calypſo non ſic mota digreſſu Ithaci*, diſceſſu Vliſſis; *olim fleuerat æquoribus deſertis* ſcilicet ſuis ab Vlyſſe, pro ſe deſerta meronymice; vel in litore deſerto manens, vt ſit eclypſis præpoſitionis in.

Multos. Amplificatio mœroris a tempore, *multos dies* tum ab effectis, *capillis incomptis*. paſſis, inornatis comis, vt in luctu ſolet.

Locuta multa ſalo iniuſto: cum ſalo iniuſto ſibi, quod permiſerit coniugem ſuum abire. multis verbis de mari ſæuo conqueſta. *iniuſto* metaphora ab homine ad rem inanimatam. *ſederat* a ſitu, ſiue modo: nam ſedere ſolebant lugentes. Virg.

Totamq; videmus conſediſſe vrbem luctu.

Et quamuis. alia amplificatio a minori. Quamuis illa non eſſet amplius viſura Vliſſem, & voluptatem ex eius præſentia captura, tamen conſcia longæ lętitiæ, & voluptatis perceptæ ſpatio ſeptem annorum dolebat: altera pars collationis foret: ſed tu

Cyn-

Cynthia, licet ſperes me eſſe ad te peruenturum; tamen in meo periculo non doles, ſed lætam, ac voluptuoſam vitam traducis. *conſcia lætitia longa* periphraſis ſeptem annorum, quibus cum Vliſſe vixerat.

Alphæſibea. Altera fęmina eſt Alphęſibea, quæ proprios fratres in vltionem mariti ſui Alcmeonis ab illis interfecti, interfecit; vis amoris coniugalis hic oſtenditur cuncta ſuperantis; qui rupit vincula fraterni ſanguinis, id eſt fortior fuit amore fraterno.

Non ſic Aeſonidem. Tertia eſt Hypſipile, quæ Iaſonem Aeſonis filium ad vellus aureum rapiendum Colchidem proficiſcentē hoſpitio, ac lecto ſuſcepit, & poſtea abeuntem lacrymis eſt proſecuta, nec poſtea alio amore fuit occupata. ornatè hæc ſunt expoſita.

Nec ſic Hypſipile ſupple ſe geſſit, *quæ anxia*, valde ſollicita, & mœrens. *ventis rapientibus Aeſonidem conſtitit in thalamo vacuo*, id eſt nulli poſtea nupſit, quod clarè per duos ſequentes verſus dixit:

Hypſipile nullos poſt illos ſenſit amores,
Vt ſemel Aemonio tabuit hoſpitio.

Aeſonidem patronymicum eſt, id eſt Vliſſem Aeſonis filium.

Ventis rapientibus periphraſis nauigationis, id eſt per nauigationem:

Hoſpitio pro hoſpite: vt etiam ſeruitium pro ſeruo reperitur.

Hoſpitio Aemonio periphraſis Aeſonis, qui

A. 4 Aemo-

Aemonius, hoc eſt Theſalus erat. Aemonia enim Theſalia dicta fuit. *ſatuit* macie confecta, cõſumptaq; fuit ob nimium amorem, quo proſequebatur Iaſonem hoſpitem ſuum tabe, & macie laborare ſolẽt amãtes. Vir 6.

Hic quos durus amor crudeli tabe peredit.

Coniugis Euadne Quarta eſt Euadne filia Iphidis, & Capanei vxor, quæ in rogũ præ nimio amore ſei niecit, in quo mariti cadauer flagrabat. Statius.

Turbine, quo ſe ſe caris inſtrauerit audax
Ignibus Euadne

Hæc pudicitiæ exemplum habetur apud græcos. Euadne dicta eſt, teſte Mureto, quod bene dotata eſſet à Capaneo *Elata* extincta. nam clara non eſt, quæ ſe ſponte iniecit in ignes, hoc eſt rogum mariti, & efferri dicuntur mortui, cum funus ducitur, & ex ædibus fertur ad rogum cadauer.

Per ignes miſeros ignibus miſeris. vt Cic. Niſi ab improbis expulſus eſſem, & per vos reſtitutus, pro à vobis.

Miſeros acerbos, & miſeros facientes metonymice.

Argiuę famæ pudicitiæ, decus, & gloria Græcarum mulierum.

Quarum nulla. Altera pars collationis eſt, qua mores contrarios ſuę coniugis in ſe maritum notat. Itaq; illæ factæ ſunt nobiles, & celebres per hiſtorias: qua laude Cynthia caret, quòd maritum ſuum *non diligat.*

Conuertere mores in melius mutare ingenium ſuum.

Fie-

Fieres nobilis hiſtoria Argumentum nobilis hiſtoriæ, vt fama ſuæ pudicitiæ, & coniugalis amoris literis, ſermonibuſq; hominum celebraretur, vt Perſius: *& manes, & fabula fieres*.

Deſine iam. Reuocare ab incæpto inutili cauſa contendit. Iurauerat ſæpe olim Cynthia ſe amare Propertium: ſed modo intelligit eam peieraſſe, itaq; hortatur, ne amplius periura ſit; ne deos in ſe irritet peieratione offenſos.

Reuocare periuria iterare, renouare. Cic. 4. Tuſ.

Primos tres verſus reuocaſſe dicitur Socrates, id eſt repeti iuſſiſſe. *parce monere Deos oblitos*: deſine ad iram concitare nouis periurijs, qui vetera iam ſunt obliti. nec male legeretur.

Monere ex Paſſeratio, ob dictionem oblitos, id eſt in eorum memoriam reuocare.

Audax. ſententia eſt; ſi Dei aliquid pœnæ de te ob periuria ſumpſerint, tunc dolebis noſtro periculo. id eſt mei capitis diſcrimine: cuius ſalus cum ſalute tua coniuncta eſt.

Siquid. ſi quid aduerſi euenerit. Eleg. 28. lib. 2. eius morbum periurijs aſcribit. priſca formula eſt in vitanda mortis mentione. Cic. pro lege Man. *ſi quid de me factum eſſet*

Multa prius. Aſſerit vnam ſe ſemper amaturum Cynthiam, licet non ſit redamatura.

Quod dicit, vt eam ad ſe amandum trahat. ſententiam duobus adynatis, hoc eſt impoſſibilibus expreſſit: vnum, quod flumina multa prius e ponto labentur ſcilicet ſurſum, & ad fontes ſuos recurrent: vt clare dixit el. 17. lib. 3.

Fluminaq; ad fontis ſunt reditura caput.

Labentur apheresis, elabentur. Beroaldus ſentit poetam ſecutum eſſe vulgi opinionẽ exiſtimantis flumina non egredi e mari, cũ tamen ſecundum rerum naturalium ſcriptores, omnes aquæ e mari oriantur, & ita non re, ſed vulgi tantum opinione adynaton eſſet. planior eſt ſuperior expoſitio. alij legunt non *multa*, ſed *nulla* & ita ponto erit dandi caſus per enallagem pro in pontum. vt etiam ſi legeremus *muta* cum Murero, id eſt tacita, & vtroq; modo perſpicuum erit genus adynati. cum fieri non poſſit, quin flumina in mare influant, & cum aliquo ſtrepitu in lapſu. Alterum impoſſibile eſt, viciſſitudinem temporum in contrarium annus mutabit, ideſt æſtatem in hyemem, ver in autumnum, & contra. *vices inuerſas* præpoſtero ordine diſpoſitas.

Duxerit egerit. lib. El. 4 l. 1.

Annus agit certa lucida ſigna vice.

Quam tua, id eſt, quam te curare, & amare deſinam, quam amor tui alio transferatur.

Cura tua amor tui. El. 3. l. 3.

Nec te mea cura moratur.

Pronomina enim poſſeſſiua interdum pro-

pri-

primitiuis,vt primitiua pro poſſeſſiuis poſita reperiuntur, vt tradunt grammatici.

Sub pectore, in pectore, ibi enim curæ, & amoris ſedes eſt. Virg. *viuit tacitum ſub pectore vulnus*.

Sis quodcunq; ſiſtu, quodcunq; voles eſſe in me, tamen non eris mihi aliena, quia te ſemper amabo. Hoc valet ad conciliandum ſibi eius amorem, & ad inducendam ad commiſerationem. poſſumus etiam ita explicare, ſis mihi quodcunq; voles, modo nõ ſis aliena, id eſt aduerſa, & iniqua: melior ſuperior ſenſus, vt affectuoſior.

Quamuè mihi. ſententia eſt, illa impoſſibilia prius erunt, quam oculi tui mihi viles videantur, hoc eſt cari non ſint, licet cauſa fuerint, vt perfidiam tuam crediderim; vt crediderim verum eſſe, quod perfidioſum, falſumq; erat.

Hos tu. Ratio eſt, quia, cum tu mẽdacium proferebas, per eos iurabas, vt tibi exciderent in manus ſubiectas, ſi mentiebaris. iuro cum accuſatiuo ſine præpoſitione, & cum præpoſitione per legitur. Virg.

Terram, mare, ſidera iuro.

Tib. & vltima l. 3.

Et ſi perq; ſuos fallax iurauit ocellos.

Et contra dicit mirari eam audere oculos attollere ad ſolem, cum ſit conſcia nequitię, & perfidiæ. timere enim debet poenam ſui periurij.

Nec tremis. non perhorreſcis illum iuſtitiæ oculum periurij conſcia.

Quis te. Addit eam etiam ſolitam fuiſſe pallere,ac flere fictè coram ſe,vt amorem ſimularet: quibus deceptum modo dicit ſe perire. ita Tibullus eleg. 9. l. 3.

Tum miſer interij ſtultè confiſus amari,
Non poteram ad laqueos cautior eſſe tuos.

Itaq; bene poeta per exclamationem, & admonitionem claudit elegiam,tutum non eſſe blanditijs fœminarum credere, quæ vt plurimum fictæ ſunt ad decipiendum.

Similes amantes in cautos, & nimium credulos,vt ego fui. tribus vero ſe deceptum fuiſſe docuit iureiurando, pallore ſimulato, & lacrymis. ideo dolenter exclamat, & monens.

O nullis tutum credere blanditijs.

Elegiæ II. Ex Selectis Propertij.

Argumentum.

Cum hactenus poeta amores elegiaco carmine tamquam iuuenis cecinerit,& iam ſenex factus ſit,tempus eſſe aſſerit ſcribendi carmine heroico res preclare geſtas à Cæſare Auguſto.

Elegia.

Sed tempus luſtrare alijs Helicona choreis,
Et campũ Hæmonio iam dare tempus equo;
Iã libet & fortes memorare ad prælia turmas,
Et Romana mei dicere caſtra ducis.
Quòd ſi deficiant vires; audacia certe.

Laus

Laus erit in magnis, & voluiſſe ſat eſt.
Aetas prima canat Veneres, extrema tumultus
Bella canam, quando ſcripta puella mea eſt.
Nũc volo ſubducto grauiter procedere vultu:
Nunc aliam citharam me mea muſa docet;
Surge anima ex humili iã carmina ſumite vi-
Pierides magni nunc erit oris opus. (res:
Iam negat Euphrates equitem poſt terga tueri
Parthorum, & Craſſos ſe tenuiſſe dolet.
India quin Auguſte tuo dat colla triumpho;
Et domus intacta te tremit Arabia.
Et ſi qua extremis tellus ſe ſubtrahit oris,
Sentiet illa tuas poſt modo capta manus.
Hæc ego caſtra ſequar vates tua caſtra canẽdo
Magnus ero. Seruent hunc mihi fata diem.
Vt caput in magnis vbi non eſt tangere ſignis,
Ponitur hic imos ante corona pedes:
Sic nos nunc inopes laudes conſcendere carmen;
Pauperibus ſacris vilia thura damus
Nondũ etiã Aſcreos norũt mea carmina fontes,
Sed modo Permeſſi flumine lauit Amor.

Artificium.

Elegiam incæpit ab imperfecta tranſitione. Nam proponit in genere, quid cantaturus ſit, heroica videlicet, primis tribus verſibus, quarto deinde præcipuum argumentum, res præclare ab Auguſto in bello geſtas, periphraſticè tamen, vt in poematum principijs fieri ſolet. Et hæc ad docilitatem, & attentionem in primis ſpectant, rebus decantandis propoſitis, & commendatis.

Poſtre-

Poſtremo etiam ad beneuolentiam a perſona Auguſti, cuius res geſtas foris proponit celebrandas. De muneribus exordij agimus in Rhetore lib 4. cap. 4.

Sed tempus. ſenſus eſt, tempus eſt, vt iam heroica cantem: quem ſenſum pulchrè figurauit allegoria: *luſtrare Helicona alijs choreis*. Nam pro cantare, dixit, luſtrare Helicona. poetæ enim poeticis operantes Helicona dicuntur luſtrare, choreas muſarum, hoc eſt obire, & circuire, vt ſolent venatores, cum cingunt ſaltus indagine, & ferarum luſtra: propterea quod Helicona mons eſt Beotiæ muſis dicatus. pro cantare heroica, dixit *alijs choreis*, ideſt diuerſis à ſuperioribus, quia Elegiaca exercuerat, Virgil. e. 10.

Interea mixtis luſtrabo Menala Nymphis.

Tempus luſtrare pro luſtrandi, enallage partis orationis pro alia eſt: Virg.

Et iam tempus equùm ſpumantia ſoluere colla. Cic. *Tempus eſſet iam de ordine argumentorum dicere*. Sal. *Non fuit mihi conſilium ſocordia, atq; deſidia bonum otium conterere*.

Et campum. Alia allegoria eſt ab equis concertantibus deprompta. pro tempus eſt maiora aggrediendi, dixit, *Tempus eſt dare campum Equo Hæmonio*, ideſt agitare Equum Theſſalum per campum patentem.

Hæmonio Synecdoche ſpeciei eſt, pro fortiſſimo, & laudabiliſsimo, quales ſunt Theſſali. nam Theſſalia etiam Hæmonia dicebatur. & eſt commendatio heroici carminis,

minis a præſtantia. Beroaldus putat alludi ad bellum Philippenſe in Hæmonia, id eſt Theſſalia geſtum.

Iam libet. poſt allegorias bene addit expolitionē prius in genere, dũ dicit ſe velle memorare turmas fortes, hoc eſt equites bello ſtrenuos, per periphraſim: tum in ſpecie.

Et Romana caſtra mei ducis. vbi eſt meronymia adiuncti pro ſubiecto, *caſtra* bella, & periphraſis Augusti; *mei ducis*, imperatoris & principis. *mei* quia partes Auguſti ſe ſecutum ſignificat.

Romana caſtra ad diſcrimen caſtrorum Aegyptiorum Antonij.

Quod ſi excuſatio, & extenuatio ſuarum virium eſt, qua beneuolentiam ſibi conciliat, ac res decantandas magis extollit. videatur artificium noſtrum in odam 4. Horatij. *ſcriberis vario*. & in Panegyricum Tibulli. ibi: *Et voluiſſe ſatis.* Audacia in bonam partem hic ſumitur. ſententia eſt: voluntas ipſa, & conatus inſtar facti eſſe debet. Plin. in præfatione natur. hiſtoriæ.

Itaq; etiam non adſecutis, voluiſſe pulchrum, & magnificum eſt.

Aetas prima. Aperta eſt tranſitio a cantatis amoribus elegiaco carmine ad canenda, quæ ſunt heroica ſublimi verſu. per primam ætatem iuuentutem accipe, & per extremam ſenectutem, ſiue virilem.

Venerea Amores per meronymiam. *Tumultus* bellicos, bella grauiora. Tumultus eſt perturbatio tanta, vt timor multus naſ-

catur.

catur proprie tumultus eſt bellum ſubitum, ac vicinum.

Bella canam aperta eſt propoſitio decantandorum. *Quando ſcripta puella mea eſt* periphraſis eſt amorum, quos hac|tenus cecidit per meronymiam ſubiecti pro adiuncto, & ſtat vice rationis, quia iam Amores cecini; & Cynthia ſatis a me celebrata eſt.

Nunc volo differentiam affert inter cantãda, & iã cantata. Res heroicæ cantandę sũt.

Vultu ſubducto id eſt ſeuero, & grauiore *ſubducto* metaphora eſt à geſtu corporis, ſubſtracta, ſiue contracta fronte.

Docet me aliam citharam allegoria ex metonymijs eſt, pro aliud canendi genus, ac ſtylum ab elegiaco carmen maius Calliope mouet, & ſubijcit.

Surge anima. Hortatur ſe ad heroicos verſus, & apoſtrophe eſt ad ſuam animam, hoc eſt ſpiritum.

Surge ex humili altius te tolle, altiora cane.

Iam carmina proſopopeia, & metaphora ab animali ad non animal.

Sumite vires. conualeſcite.

Pierides magni: quadam vtitur inuocatione Muſarum.

Magni oris, grandis eloquentiæ, magnæ canendi facultatis metonymia eſt.

Ouid. *Et magno nobis ore canendus eris.*

Vir *Nũc venerãda pales, magno nũc ore ſonãdũ.* obſeruetur hic copia, varietas, & diſpoſitio ſententiarum. propoſuit in genere, & allegoricè heroicam materiam.

Sed

Sed tempus,& campum. tum paulo clarius: *iam libet*. poſtea præcipuam, & ſingularem, *& Romana*.

Iam negat. Hic poeta argumenta heroica tangit ab Auguſto parata ſublimi verſu cõcinenda: quæ ſunt Parthi debellati,& pœnas luere coacti pro Craſſis necatis: Indi deuicti, ſiue ad obſequium redacti, & Arabes per Aelium Gallum. & ita hic Lyrico, & elegiaco more narrat res geſtas ab Auguſto. quæ narrandi ratio tractatur in ſyntagmate noſtro cap. 23. de narratione.

Iam negat. Figurate admodum deuictos populos ab Auguſto deſcribit poſitis ſequẽtibus pro antecedentibus.

Iam Euphrates negat tueri equitem partorum poſt terga id eſt Parthi victi amplius non præliantur iuxta Euphratem Fluuium Meſopotamiæ, vbi Craſſos duos patrem,& filium vicerant. Sed quia modo victi ſunt, dolent, quòd eos vicerint antea. & metonymia eſt continentis pro contentis,& per proſopopeiam Euphrates pro Parthis loquens inducitur. quæ oratio poetica magis eſt.

Tueri equitem poſt terga reſpicere à tergo, ac ſimul ſagittas in temere ſequentes torquere, & ita morem Parthorum pugnantiũ expreſſit: qui in fuga ſimulata à tergo ſagittas emittunt. Eleg. 7. l. 3.

Parthorum aſtuta tela remiſſa fuga.

Dolet tenuiſſe: deſinuiſſe, cæpiſſe, & occidiſſe, nec ſigna reddidiſſe.

India

India quin. præterea ſibi victori ceruices præbet India vinciendas.

Dat colla metaphora a canibus, qui colla dant loris, pro ſubijciunt ſe tuo imperio. Tibullus in panegyrico.

Libera Romanę ſubiecit colla catenę.

Narrant hiſtorici ad Auguſtum Indos penitiſsimos auditis eius triumphis nuncios miſiſſe ad amicitiam eius petēdam, & pop. Romani, quo in itinere quadriennium conſumpſerunt. *Quin* quin etiam.

Et domus Arabię. ſynecdoche eſt partis pro tota Arabia.

Intacta antea bello, non laceſsitæ à Romano exercitu. In Arabiam AeliumGallum ab Auguſto miſſum ſcribit Strabo lib. 16. Virg in 7. Aen

Siue Getis inferre manu lachrymabile bellum,
Eoiſue, Arabiſue parant.

Et ſi qua. Poſt recenſitas gentes ab Auguſto debellatas, etiam debellandas proponit bene ominando. quod quidem præclare fecit Tibullus in panegyrico ad Meſſallam.

Nec tamen his contentus eris, maiora peractis
Inſtant, compertum vt veracibus eſt mihi ſignis.

Et ſi qua. ſenſus eſt: ſi qua alia tellus remotiſsima eſt, quæcunq; ea ſit, capietur, & a te debellabitur.

Subtrahit ſe oris extremis eadem metonymia.

Sentiet tuas manus. vim tuam, & virtutem experietur.

Hęc

Hac ego caſtra ſequar . In bello te ſequar.

Vates tua caſtra canendo magnus ero. Non tam ingenij mei modulo,quam vi ipſius argumenti, & afflatu quaſi tui numinis magnus vates ero. & ita beneuolentiam ſibi captat.

Canendo caſtra victorias tuas bellicas. *ſeruent mihi fata diem*. hypallage; fata me huic diei ſeruent, & ad hunc vſq; diem viuere patiantur. quod explicat El.4.I.3.

Ante meos obitus ſit precor illa dies,
Qua videam ſpolijs oneratos Cęſaris axes.

Vt caput. pulchra collatio eſt veluti qui Coloſsi capiti ob altitudinem coronam imponere nequit, ante eius pedes ponit: ita ipſe,cum nequeat,ad laudes Auguſti grandiloquo carmine conſcendere, humile carmen affert. ita Tibullus in panegyrico.

Non ego ſum ſatis ad tanta praconia laudis,
Ipſe mihi non ſi præſcribat carmina phœbus.

videri poterit ibi artificium noſtrum.

Vt caput propoſitio collationis.

Vbi non eſt tangere cum non datur, vel licet tangere ob altitudinem.

In magnis ſignis periphraſis coloſſorum, qui maximę effigies ſunt.

Ponitur hic tunc corona ponitur ante pedes imos. obſerua vbi pro cum, hic pro cum,hic pro tunc,vt ſæpe etiam a Cicerone vſurpantur,neq; legas his pro hic, vt ſcaliger reponit.

Sic

Sic nos: altera pars collationis.

Conſcendere carmen laudis periphraſis carminis heroici, & epici poematis.

Inopes conſcendere græciſmus ad conſcendendum hoc eſt ad perueniendum ad alium & laudabile carmen. *inopes* translatio id eſt exeguarum, aut nullarum virium. quidam legunt pro carmen culmen ob infinitum cõſcendere, ſed prior lectio communior, ac figuratior eſt.

Pauperibus ſacris: periphraſis deorũ ligneorum, aut fictilium. *ſacris* pro Dijs metonymia adiuncti, vel antonomaſia. Eleg. 1. l. 1. *ſacra piare*. 1. l. 4. *Ducebant macra vilia ſacra boues vilia thura*. quę parui emuntur, vt adulterata reſina, vt inquit Plin.

Nondum. ratio eſt ſuæ tenuitatis, quod nõdum exercitatus ſit in ſtylo heroico, quo Heſiodus vſus fuit, qui Aſcræus erat.

Fontes Aſcreos id eſt caballinos. & Heſiodi ſtylus pro heroico, & nobili carmine ſynecdoche ſpeciei eſt pro genere. Nam quidam dicunt Heſiodum contẽdiſſe cum Homero, eumq; viciſſe.

Sed modo. Aſſerit in Permeſſo tantũ fluuio, qui ex Helicone fluit, & vnde minores poetę hauriunt, ab amore ſe locum fuiſſe, hoc eſt amatoria ſolum tractaſſe.

Elegiæ

Elegiæ III. Ex Selectis Propertij

Argumentum.

Callimachi, & Phyletæ poetarum apud Græcos præſtantiſſimorum in elegiaco carmine manes inuocet; vt eorum bona cum venia fiat vtriuſq; ʒymmyſtes, id eſt eorũdem ſacrorum particeps; ſibiq; adſint in ſcribendis amoribus per Elegiacos verſus. & allegoricos optat recipi inter Elegiacos poetas. Deinde ſe ipſum commendat tamquam primũ, qui hoc genus carminis apud latinos excoluerit; atq; immortalem famã ſuam auguratur.

Elegia.

Callimachi manes, & Coi Sacra Philetæ,
In veſtrum, quæſo, me ſin te ire nemus.
Primus ego ingrediar puro de fonte Sacerdos.
Itala per Graios orgia ferre choros.
Dicite quo pariter carmen tenuaſtis in antro;
Quoue pede ingreſſi, quoue bibiſtis aquam.
Ah valeat Phœbum quicunq; moratur in armis:
Exactus tenui pumice verſus eat;
Quo me fama leuat terra ſublimis, & à me
Nata coronatis Muſa triumphat equis,
Et mecum in curru parui vertuntur Amores,
Scriptorumq; meas turba ſecuta rotas.
Quid fruſtra miſſis in me certatis habenis?
Non datur ad Muſas currere lata via.
Multi Roma tuas laudes annalibus addent,

Qui

BIBLIOTECA NAZ. ROMA VITTORIO EMANUELE

Qui finem imperij Bactra futura canent.
Sed quod pace legas, opus hoc de monte ſororum
Detulit intacta pagina noſtra via.
Mollia pegaſides veſtro date ſerta poetę.
Non faciet capiti dura corona meo.
At mihi, quod viuo detraxerit inuida turba,
Poſt obitum duplici fœnore reddet honos.
Omnia poſt obitum fingit maiora vetuſtas.
Maius ab exequijs nomen in ora venit.
Nam quis equo pulſas abiegno noſceret, & arces
Fluminaque Aemonio cominus iſse viro?
Ideum Simoenta, Iouis cunabula parui?
Hectora per campos ter maculaſſe rotas?
Deiphobũq; Helenũq; & Polidamãtas in armis?
Qualemcumque parem vix ſua noſcet humus.
Exiguo ſermone fores nunc Ilion, & tu
Troia bis Oetei numine capta Dei.
Nec non ille tui caſus memorator Homerus
Poſteritate ſuum creſcere ſenſit opus.
Neque inter ſeros laudabit Roma nepotes.
Illum poſt cineres auguror eſſe diem.
Ne mea contempto lapis indicet oſſa ſepulcro,
Prouiſum eſt Lycia vota probante Deo.
Carminis interea noſtri redeamus in orbem,
Gaudeat vt ſolito tacta puella ſono?

Arti-

Artificium.

DVas partes habet hæc Elegia inuocationem Callimachi,& Philetę,primo diſticho expreſſam,& narrationem, in qua ſe primum inter Latinos gloriatur Elegiam illuſtraſſe,tunc à ſolis Græcis celebratam; & per hunc nomen ſuum immortalitati cõſecraturum.

Callimachi manes. Allegorice petit recipi inter Elegiacos poetas

Sinite me ire in veſtrum nemus. in quo Elegias laboratis Et ita nemus pro genere huius poematis accepit. cur autem vates antris,nemoribus, & ſeceſſibus delectentur, diximus in ſyntagmate cap.16.& in odarũ artificijs.

Manes Callimachi anima, ſiue vmbra Callimachi,pro Callimache. Manes ex Gyraldo Dei inferi dicuntur, quaſi boni: vt Immanes non boni, variæ ſunt huius nominis ſignificationes,& interpretationes.

Callimachus ex vrbe Lybiæ Cyrene nobiliſſima Eleiographorũ apud Græcos princeps fuit: Philetæ verò Couo, vel Rhodio ſecundas plurimorum conſenſu attribui teſtis eſt Fabius. Hunc ita exili corpore fuiſſe ſcribunt,Aelianus,& Atheneus,vti neceſſe fuerit plumbeas pilas ad pedes geſtare, ne à vento ſubuerteretur. Mortuum verò è labore,quem capiebat e ſtudijs,& è moleſtia, quam contraxit, quod fallacis, & captioſæ

Stoi-

Stoicorũ concluſiuncula diſſolutionẽ reperire non poſſet. quod declarat ipſius epitaphiũ à Gyraldo in eius vita latine expreſsũ.

Hoſpes ego hic ſum pſeudomenos me ſermo philetã,
Perdidit, & curę noctibus Heſperię.

Pſeudomenos ſophiſticę captionis genus eſt, quod à dialecticis reflexum, & inſolubile, à Cicerone tortuoſum, & inexplicabile dicitur. vt Epemenides ait omnes Cretenſes eſſe mendaces, & ipſe eſt Cretenſis, ergo & ipſe mendax: igitur non ei credendũ: ſunt igitur Cretenſes veraces, & illis credendũ: at hic Cretẽſis, igitur huic credẽdũ.

Sacra Philetę poteſt eſſe eclypſis anima, ſacra anima Philetæ, pro phileta ſacer: vel ſacra carmina, vel muſarum Philetæ. Ouid. lib. 4. hiſt. E. 10.

At mihi iam pueri celeſtia ſacra placebant.
Iamque ſuum furtim muſa trahebat opus.

Paſſeratius multa affert exempla.

Primus ego. ordo verborum eſt, *ego primus ſacerdos,* muſarũ. ſ. vnde ſacri poetæ dicũtur, *ingredior ferre orgia Itala* muſas Italas *de fonte puro* poeticæ facultatis, *per choros graios.* per Græcorum poetarum cœtus choreas ducentiũ. Sẽtentia eſt: ego primus sũ ex latinis elegiacis poetis. Sententiã figurauit allegoria ex metaphoris ſacerdotis, & orgiorũ Italorũ. orgia ſacra erant Bacci, quod poetæ Bacco ſacri eſſent.

Per choros graios poetarum græcorum, quia antea à ſolis gręcis celebrata erat elegia: & in Bacchi ſacris chori agebantur. licet im-

improprie ſacra, myſteriaq; poetica, & potiſſimum elegiaca Orgia hic vocentur. Nam orgia dicuntur ſacra omnium Deorũ apud Græcos, & apud latinos cæremoniæ.

Ingredior metaphora incipio. Cic. in topicis,

Maiores nos res ſcribere ingreſſos.

Dicite. Petit ab eiſdem doceri, vbi nam Elegiaci carminis, & ſtyli naturam didicerint, ac hauſerint. quod pariter allegorijs occultauit antrorum videlicet, & fontium Muſis dicatorum, ex quibus bibere dicũtur, qui poetæ fiunt. vnde Iuuen.

Aptuſq; bibendis fontibus Aonidum

Quo in anno Beroaldus putat Corycium antrum ſignificari, quod celeberrimũ erat in Monte Parnaſſo Nymphis dicatum.

Tenuaſtis concinnaſtis, limaſtis, attenuatum, & gracile feciſtis. vnde attenuatum genus dicendi, & attenuate dicere, id eſt humili ſtylo vti, & exili charactere, quo vſi fuerunt duo illi poetæ in Elegijs pangẽdis. itaq; metonymia adiuncti pro ſubiecto eſt, tenuare carmen, id eſt ſtylum.

Quoue pede ingreſſi. dextero, an inauſpicato: vel quibus pedibus Elegiacas ſententias expreſſiſtis, quo genere carminis vſi ſitis videatur cap. 1. libelli de Elegia.

Quamue bibiſtis aquam: cui muſæ operati ſitis: quo ex fonte hauſta aqua poetæ facti?

Ah valeant. reiectio eſt generis dicendi ſublimis per imprecationem, quòd heroicis verſibus conuenit. *Valeat* antiphraſis eſt. Ter. *valeant, qui inter nos diſſidium quærunt.* pro

maledicti ſint, pereant.

Quicunque moratur Phœbum in armis periphraſis eſt heroici vatis.

Morat detinet *in armis* in heroico poemate *Phœbum* metonymia inuentoris pro re inuenta, id eſt peotica facultate.

In armis Synecdoche partis materiæ heroicæ pro quauis heroica.

Exactus electio eſt gracilis, & attenuati ſtyli, qui elegiacis conuenit, & eſt audax translatio à libris ad verſus. libri enim, nō verſus pumice expoliuntur.

Exactus exacte expolitus pumice tenui, ſtylo attenuato *eat verſus* fluat, metaphora:

Quo me. Hic poeta immortalē gloriā in hoc poematis genere ſibi auguratur, ac principē apud latinos ſe conſtituit. ſententiam poeticam fecit ſumpta translatione à triumphantibus.

Quo me periphraſis eſt gloriæ ſuæ triūphalis: qua e terra leuatur, hoc eſt tollitur, id eſt immortalis, atque clariſſimus efficitur, & eſt metonymia antecedentis pro ſequenti, terra. n. obſcuritatē notat. Vnde Val. Flacchus.

Eripe me populis, & habenti nubila terræ.

Varios exprimēdę immortalitatis modos vide in artificio noſtro Odæ 7. l. 2 & 10. Eiuſdē

Fama ſublimis Virg. de fama. (libri.

Ingreditur ſolo, & caput inter nubila condit.

Vel metonymia effecti pro cauſa, hoc eſt ſublimen efficiens poetam.

Et a me. Dicit muſam amatoriam ex ſe natam eſſe, & Amores, quos cecinit, triumphare: hoc eſt in magna glorra eſſe.

Et muſa nata ex me carmen elegiacū cuius

ſum auctor, & tanquam parens: vel *nota*, ex vet. l. quæ per me innotuit, nobilitataq; eſt.

Triũphat coronatis equis per ora populi vehitur triumphantis more, & triumphantiũ equi coronati erant.

Vectantur Amores quia in me ſuas pennas perdiderunt. Ele. 12. l. 2. & vectari delitiarũ, & voluptatis eſt, vt vehi doloris. Ele. 3. l. 3. *Contentis niueis ſemper vectabere cygnis.*

Scriptorumque Beroaldus intelligit alios poetas, qui Elegias poſt Propertium ſcripſerunt, quod allegorice dixit.

Secuta meas rotas currũ, pro me præcedētē in ſcribēdo. Paſſeratius mutitudinē carminũ, ſed verior ſētētia ſuperior. vnde ſequitur *Quid fruſtra.* Nã ceteros elegiacos pone ſequentes e curru triũphali ſpectans poeta dicit, fruſtra eos laborare, & cōtendere, vt eũ vincāt in elegiaco curriculo & allegoria eſt ex metaphoris a currētibus in certaminib⁹.

Immiſſis habenis laxatis loris, vt fit in contentione aurigarum, apoſtrophe eſt ad ęmulos poetas.

Non datur. Ratio eſt, quia difficilis eſt via magnoque opus eſt ſudore, & poetice dixit. *Non datur via lata currere*: id eſt, qua curri poſſit ob difficultatem, iuxta illud Heſiodi. *Sudorem poſuere Dij virtutis ad arcem.*

Via currere græciſmus pro currendi, & tendendi ad Muſas. Eleg. 1. l. 1. *labor piare.*

Multa Roma ſenſus eſt, Romani multos habituri ſunt tum hiſtoricos, tum heroicos vates, qui res ſuas cum laude geſtas tum annalibus, tum heroicis poematijs man-

dent: ſed me primum habent, qui elegiacũ opus in pace, & quiete legendum eis dederit.

Roma apoſtrophe ad vrbem Romam.

Addent laudes tuas annalibus, periphraſis eſt hiſtoricorum; augebũt annales laudibus nouis, quia quotidie geris aliquid laude dignum. Annales ſunt res ſingulorum annorum literis mandatæ. Seruius explicãs verſum illum Virg.

Et vacet annales noſtrorum audire laborum.

Tradit hoc intereſſe inter annales, & hiſtoriam: hiſtoria eſt illorum temporũ, quæ vidimus, vel videre potuimus: annales vero ſunt eorum annorum, & temporum, quæ ætas noſtra non vidit. vnde Liuius ex annalibus, & hiſtoria conſtat. Hæc tamen confunduntur licenter, vt hoc loco hiſtoriã inquit annales.

Qui canent periphraſis epicorum vatum, qui bella canunt, & triumphos imperatorum; inter quos fuerunt Virgilius, Varius, & alij.

Bactra futura finem. metonymia conſequẽtis pro antecedẽte, ideſt bello ſuperandos, & ſubijciendos Romano imperio Bactrianos. Bactrianorum imperium millium vrbium in Aſia fuiſſe ſcribit Iuſtinus. Quibus, & regioni ipſi Bactrus amnis nomen dedit.

Sed quod. periphraſis eſt ſui elegiaci poematis.

Pagina noſtra ego poeta, metonymia effecti pro cauſa, *Hoc opus* elegiacum. *de Monte*

ſororum

ſororum periphraſis Muſarum, & Heliconis Muſis ſacri. ſi *fonte* legis, ſignificabitur hippocrene. *via intacta* antea videlicet, non ab alio preſſa.

Pace eclypſis præpoſitionis in, vel *pace* tẽpore pacis. Quòd pacis Amor deus ſit.

Mollia. Muſas inuocat, vt elegiacum ſe, non Epicum poetam faciant. quod figurauit per alluſiones ad materias talium poetarum. cum elegiaca circa amores præſertim verſetur, & heroica circa bella. ita illa mollis, & etiam propter verſus, hæc verò dura. Et *mollia ſerta*, tenera ederacea, *& dura corona*, vel myrtea, vel duro labore parta metonymiæ ſunt adiunctorum pro ſubiectis poetis, qui ſertis, & coronis ornantur. *Pegaſides* Muſæ dictæ ſunt à fonte, quem pegaſus equus ictu vngulæ dicitur aperuiſſe.

At mihi. ſenſus eſt. ſi viuus ob liuorem, & inuidiam non admodum clarus ero, clarior poſt obitum ero. quia.

Omnia poſt obitum fingit maiora vetuſtas.

Et catolica ſententia eſt. licet Martialis glorietur ſibi viuo illud contigiſſe in ep. 1. l. 1. quod vide in opuſculo de epig. c. 3.

Liuius, *Datur hæc venia antiquitati, vt miſcendo humana diuinis primordia vrbium auguſtiora faciat*.

Maius nomen: maior famæ celebritas.

Ab exequijs. metonymia ſequentis pro antecedente, ideſt poſt mortem.

In ora venit. ſermone hominum celebrari incipit.

Nam quis equa. exemplis rem probat ve-

rum ad Troiam geſtarum, quando à Græcis capta fuit,& operum Homeri. Senſus eſt; nemo quippe noſceret, ſciretue, quomodo capta fuerit Troia, ſiue Iliū, quæq; ibi euenerunt. vixq; Ilion,& Troia nominaretur, niſi egregij vates eadē ceciniſſent: prætetea ipsūmet homericū poema maiorē ſemper ipſa vetuſtate celebritatem, & nomen nactum fuit. Sed videamus,quam poeticè talia dixerit. Vſus eſt enumeratione rerum illuſtrium, quam ornauit interrogatione, tum periphraſi excidij Troiani per enumerationē antecedētiū. *Pulſas arces* nempe Troianas pulſatas,& deiectas.

Equo abiegno ligneo: ſynecdoche ſpeciei pro genere. qui,ſi ſententiam Plinij ſequimur,machina muralis fuit ab Epeo ad Troiam reperta, quæ nunc aries appellatur; ſi communiorem ſententiā,& inprimis Virg. 2. Aen. fuit ille equus igneus Græcorū plenus à Troianis in vrbē introductus deiecta porta hæa,& ita pulſas arces à Troianis. vnde Virg.

Aut hęc in noſtros fabricata eſt machina muros.
& *ſcandit fatalis machina muros.*

Fluminaq; Quis cognitum haberet Iliados Xantum fluuium indignabundum olim inſurrexiſſe in Achillem in ipſo fluuio Troianos trucidantem, vt vorticoſis fluctibus in eum irrueret; vt eo impedito. Troianos abditos turaretur? Quem Vulcanus Achilli opem ferens vrenti flamma excuſſit, & ſemiuſtulatum reliquit. Flumina vero dixit,quia Xantus Simoentis fluminis opem implo-

imploraũit,vt facilius voti compos euaderet. Hæc ab Homero ſunt deprompta.

Iſſe cominus Aemonio viro. conſeruiſſe manus,pugnaſſe cum Achille, qui Aemonius, id eſt Teſſalus fuit. itaq; periphraſis eſt.

Quis noſceret Simoenta Ideum Flumen Troianum, iuxta quem Iupiter educatus fuit: ideo dixit.

Cunabula parui Iouis.de hoc flumine Ouid. 1. Heroid.

Hac ibat ſimois,hic eſt Sigeia tellus.

Ideum phrygium, quod ex Ida phrygiæ monte oriatur.

Hectora. Quis ſciret Hectora, vt inquit Virg. raptatum circa mœnia Troiæ.

Ter circum Iliacos raptauerit Hectora muros:

Quod Propertius magis poeticè expreſſit, poſitis conſequentibus pro antecedẽtibus.

Maculaſſe ter rotas currus, quo trahebatur, ſanguine.

Quis Deiphobum. Quis noſceret Deiphobũ, Helenũ, & Paridẽ Hectoris fratres;niſi Homericis,ac virgilianis carminibus celebrati fuiſſent? Quis Polydamãtem nobilẽ Troianũ,& Priami generũ, qui cũ patre ſuo Antenore, & Aenea, vt quidam dicunt,vrbem Troiam Græcis prodiderunt. melior lectio,*Polydamata ſub armis*.

Qualecumq; Parim.ſiue bellicoſus,vt quidã faciunt,ſiue imbellis fuerit,vt alij nouerũt.

Ilion,& Troia.Quę,niſi ab Hercule bis capta fuiſſet, niſi à Græcis poſt obſidionẽ nouẽ annorũ expugnata;& niſi egregij vates Homer*ꝰ*,Virgili*ꝰ*,alijq;eius exeidiũ ceciniſsẽt;

 modo

modo exiguum nomen, ac famam haberet.

Dei Oetei periphraſis Herculis eſt, quæ oeteus dictus fuit, quòd in Oeta monte Theſſaliæ pyra extructa ſe combuſſit. Hinc Senecæ Tragedia, Hercules Oeteus.

Nec non Homerus ipſe ſcriptor excidij Troiani ſenſit famam ſui poematis apud poſteros creſcere.

Creſcere opus ſuum: celebrius fieri.

Meque inter Idem ſibi futurũ poſt obitum auguratur, Romanorũ poſteros ſuum nomen celebraturos, ac mirabile apud eos futurũ.

Romæ metonymia adiuncti pro ſubiecto.

Poſt cineres ſequẽtis pro antecedẽtis, poſt mortem. (auguria.

Auguror. preſagio, metaphora captã tibus

Eſſe fore enallage temporum.

Illum diem illud tempus.

Ne mea. Ratio augurij, quia Apollinis ope prouidit, ne ſepulchrũ ſuum eſſet incognitũ, & ſignificat poemata ſua huiuſmodi eſſe, quæ nomẽ ſuũ glorioſum, ac immortale ſint redditura. Idẽ dixit Horat. Oda vltima li. 3.

Exegi monumentum ære perennius.

videri poterit ibi noſtrum artificium. Hic pariter Propertius ſignificat ſe futurum magis notum, ac celebrem per hoc opus elegiacum; quam per quemuis ſepulchri titulum, & inſcriptionem ordo eſt.

Prouiſum eſt, proſpectum eſt a me;

Deo lycio probante Appolline, qui in lycia regione Aſiatica colitur, votis meis annuente, & ea rata faciente.

Ne lapis indicet oſſa mea contempta ſepulchra.

id

id eſt vt ſepulchrum meũ futurum ſit nobile. quod per liptotem modeſtiæ cauſâ dixit.

Cõtẽpto ſepulcro nulli⁹ formę,& celebritatis.

Carminis inter ea claudit Elegiã ſui cohortatione ad inſtitutum propoſitum canẽdorum carminum elegiacorum : ratio, quia illis puellæ ipſæ delectantur.

Redeamus in orbẽ carminis noſtri. reuertamur ad contextum, & ſeriem inceptam in ſpacium circumſcriptum nobis:& translata locutio eſt: vt apud Tul. in orat. orbis orationis,circuitus,& quaſi orbis verborũ pro periodo. *Sono ſolito* carmine ſolito iã decãtato. nam duos iam pręmiſerat elegiarum libros.

Puella gaudeat tacta vel puella delinita delectetur in genere,vel periphraſis Cynthię, quę amabat verſus Propertij. Tib. El. 1. lib. 3.

Carmine formoſę,pretio capiuntur auarę.
Gaudeat,vt digna eſt verſibus illa meis.

Hi poſtremi duo verſus in alijs libris ſunt elegiæ ſequentis.

Elegia IV. ex Select. Propertij.

Argumentum.

IN antiquis libris hæc Elegia a ſuperiore non eſt diſtricta, cuius tamen argumentum ab vltimo ſuperioris diſticho pendet. & eſt, mirum videri nequaquam debere, ſi hæc ſua carmina à Baccho, & ab Apolline probata a puellis colantur. Cum Orpheus feras carminibus,& Flumina, Amphion lapides, & Polyphemus rudis, & agreſtis muſicus Galateam marinam nympham, nedum puellas, quarum ſeuerum, & flexibile

ingenium duæ eſt, mouerint, & flexerint. Tum probat ſe eſſe amandum, non ob diuitias luxurioſas, ſed propter poeticum ingenium, quo immortales eos reddere poſſit, quos ſumit celebrandos.

Elegia.

Orphea detinuiſſe feras, & concita dicunt
Flumina Threicia detinuiſſe lyra.
Sacra Citheronis Thebas agitata per artem
Sponte ſua in muri membra coiſſe ferunt.
Quin etiam Polypheme fera Galathea ſub Aetna
Ad tua rorantes carmina flexit equos.
Miremur, nobis & Baccho, & Apolline dextro,
Turba puellarum ſi mea verba colit?
Quod non Tanarijs domus eſt mihi fulta colūnis:
Nec camera auratas inter eburna trabes:
Nec mea Phæacias æquant pomaria ſiluas:
Non operoſa rigat Martius antra liquor.
At Muſa comites, & carmina cara legenti,
Et defeſſa choris Calliopea meis.
Fortunata, meo ſi qua eſt celebrata libello:
Carmina eſſent formæ tot monumenta ſuæ.
Nam neq; pyramidum ſumptus ad ſidera ducti,
Nec Iouis Elei celum imitata domus:
Nec Mauſolei diues fortuna ſepulchri
Mortis ab extrema conditione vacant.
Aut illis flamma, aut imber ſubducet honores,
Annorum aut ictu pondera victa ruent.
At non ingenio quæſitum nomen ab æuo
Excidet. Ingenio ſtat ſine morte decus.

Artifi-

Artificium.

Narratione contenta eſt hæc elegia, ex qua tamen facile educitur propoſitio tacta iam in argumento: concluditur ſentẽtia.

Orphea inductione triũ vatũ Orphei, Amphionis, & Polyphemi probat mirũ nõ eſſe, ſi carmina ſua puellis placeant. quod à faciliori probat. quia innuit ſua carmina eorũ trium carminibus eſſe validiora; quod à Baccho, & ab Apolline ſint probata, quodq; facilius ſit puellas, quam res inanimes, & nymphas oblectare.

Detenuiſſe ſecundo etiam loco legit Scaliger, quia repetitiò venuſtiorem efficit orationem. alij legunt ſuſtinuiſſe quaſi curſum inhibuiſſe, quod verbum agitatorum eſt.

Flumina concita rapidos fluminum lapſus. Hor. *Et riuos celeres morari*.

Lyra threicia. quia thrax fuit Orpheus. de quo vide quæ diximus in artificio odæ 10. l. 1. quæ hic eſt l. 1. Hor.

Saxa Citheronis. Ordo eſt; *ferunt ſaxa Citheronis* montis Libero patri ſacri.

Agitata Thebas conuulſa è ſuis ſedibus, & aſtracta Thebas:

Per artem. Eclypſis eſt Amphioniæ muſicæ. Amphion enim inſignis muſicus, & vates ſono teſtudinis fertur ſaxa ex mõte Citherone ad vrbis Thebanæ conſtructionem attraxiſſe. vnde Hor. in arte

Dictus eſt Amphion Thebanæ conditor arcis,
Saxa mouere ſono teſtudinis, & voce blandi.

De Amphione, & Orpheo videatur pręcitatũ artificiũ noſtrũ. Citheronẽ montẽ eſſe

Beotiæ, ſiue ſaltum fabulis celeberrimum, non autem collem Parnaſſi ſenſitBeroaldus contra grammaticos.

Sponte ſua. abſq; fabri cæmentarij opera. *Coiſſe* ita conueniſſe, & coaluiſſe, vt murum effecerint omnibus ſuis partibus conſtantem pinnis, turribus propugnaculis.

Quin etiam. Galathea nympa pariter ſtetit curru flexo audiendi Polyphemi gratia, qui rudis, & agreſtis muſicus, & vates fuit. Adiuncta muſicæ, & verſuum virtutem augent. Ruſticus erat Polyphemus, Galatea nympha, locus.

Sub Aetna fera, & tamē ſtetit curru, vt audiret. Apud Ouid. l. 13. Metam eſt cantilena Polyphemi Galateæ laudes continens.

Candidior folio niuei Galatea liguſtri.
Floridior prato, longa procerior aluo. &c.

Polyphemus Cyclops Neptuni filius ingenti corpore, & vnum tantum oculum in media fronte habens Galateam marinam nympham Nerei, & Doridis filiā adamaſſe fertur, licet ab ea ſperneretur. Rorātes equos appellat, quia nympha erat aquarum, quorū equi rotātes rorem ſpargebant. ros. n. pro sūma aqua maris accipitur. Stat. 1. Achill.

Humiliſq; ex æquore Tetan
Rorantes euoluit equos

Miremur. ex inductione cōcludit minime mirandū eſſe, ſi ſua poemata à puellis amētur, & legātur: cū ex arte, diuinoq; auxilio ſint cōſtructa. ornauit ſententiam interrogatione, & ſynecdoche partis.

Mea verba, poemata.

Apolline

Apolline dextro ſecundo, fauente.

Quid non. ſenſus eſt, ſe eſſe amore dignũ nõ propter luxurioſas opes, verũ ob poeticã facultaté, qua ſe amantes immortales reddere poteſt vt auté poeticè exprimeret, magnificẽtiſſimã, ac regiã domũ deſcribit, qua ſe carere dicit; quã quidé ad luxũ, & nõ ad neceſſitaté ſpectare nõ ignoramus. Deſcribitur à colũnis pretioſiſſimis népe ex marmore Laconico. Nã in Lacaonia Fęnarus promõtoriũ eſt, vbi marmor effodiebatur viridi colore, & cunctis hilarius ſecundũ Pliniũ.

Fanarijs columnis pretioſiſſimis, & eſt ſynecdoche ſpeciei pro genere.

Nec camera. camera eſt pars ſuperior domus, hoc eſt fornix cubiculi, a materia commendatur: *eburna* ex ebore, ſyncopa pro eburnea. Hor. c. 18. t. 2.

Non ebur, nec aurum
Mea renidet in domo Lacunę.

Et trabes auratas trabes ſunt, quæ in trãſuerſo poſitæ vtroſq; parietes continent.

Nec mea pomaria laus ab adiunctis domui, quę ſunt pomaria, hoc eſt viridaria, ſiue horti, qui per collationem minorũ cõmẽdantur. Quales Alcioni, qui corcyræ erant, quæ inſula Phæacia pariter dicebatur à Phæatio Alcinoi patre. Quibus hortis nihil eſt celebrius apud poetas, in quibus feruntur fuiſſe proceræ arbores, ſemperq; frugiferæ, pomis alijs cadentibus, alijs matureſcẽtibus, alijs naſcentibus: vnde Iuuen.

Qualis perpetuus Phęacum autunnus habebat.

Martialis hortos Marcellæ vxoris ſuæ laudans

laudans illis prætulit.

Si mihi Nauſicaa patrios concederet hortos,
Alcinoo poſſem dicere malo meos.

Non operoſa principum domus habent antra, ſiue ſpeluncas arte ſtructas, vbi ſint fontes clariſſimarum aquarũ, & frigidiſſimarũ, quales erant Martiæ ex Plinio Romæ, in denominatæ, quia Ancus Martius Romanorũ rex in vrbem eas innoduxit. Itaque.

Martius liquor, & eſt metonymia ſpeciei pro genere, id eſt pro clara, frigidaque aqua.

Rigat perfundit, *operoſa* multæ operæ in eis excolendis.

At muſę, pro ſuperioribus, quibus caret, longe meliora, ac nobiliora ſe habere fatetur, quæ ſunt poetica, quæ ſignificat per cauſas efficientes: *At muſę* & effectu, *carmina cura legenti. meis choris* à me ductis, per choros intellige carmina, poemata.

Fortunata. Fortunatam illam puellam vocat, quæcunque ſuis elegijs celebrabitur, cũ quęuis ſua carmina ſutura ſint tot & immortales memoriæ, ac celebrationes illius pulchritudinis. *Fortunata* epiphonema eſt, vt apud Virg. Eclog: 1.

Fortunate ſenex ergo tua rura manebunt.

Fortunatus dicitur, cui forte boni aliquid cõtingit: vt felix, qui naturæ bono fruitur.

Num neque æternitatem ſuorũ ſcriptorum collatione minorũ comprobat. Pyramides inquit, templum Iouis Olympij inclytiſſimum, Mauſole um ſepulchrum interſeptem

mun-

mundi miracula numeratum interitui ſunt ſubiecta, aut per ignem, aut per imbres, aut æuum: at monumenta ingenij, & animi egregia opera ſunt immortalia. igitur, & carmina noſtra. *pyramidum ſumptus ducti ad ſidera*: Erecti Virg. *Pars ducere muros molirique arcem*, & hyperbole eſt. Quāti vero fuerint, & pyramides eſſent, & cætera diximus in artificio primi epigramatis Martialis in opuſculo de epigrāmate; nec non de Mauſoleo ab Artemiſia Mauſulo Cariæ Regulo facto.

Nec Iouis. periphraſis templi Iouis in agro Piſano Eleotum Acaiæ populorum ſiti. Quod inſigne erat ob muneta pretioſa ab vniuerſis Grecis oblata, & præſertim ob ſolidum ex auro Iouis ſimulacrum, & ſtatuam eburneam incredibilis magnitudinis à Phidia fabrefacta

Domus Iouis templum, ædes: vt ædes aliquando pro domo capitur. Ouid.

Et vigilant noſtra ſemper in æde lares.

Cic. de nat. Deor 2. *mundus communis deorum, atque hominum domus imitata celum* ſtructa, celata, & picta inſtar celi. *Nec fortuna diues ſepulchri* id eſt nec fortunatum, & magnificentiſſimum ſepulchrū Mauſolo ſtructum. *vacat* immunis eſt, caret *conditione*, lege: *extrema* vltima quia mors vltima eſt reſum linea. omnia igitur dicit morti eſſe ſubiecta.

Aut illis tangit tres cauſas interitus, incendium, ignem, & tempus. *ſubducet honores* ſenſim, & furtim ſubſtrahet: *honores* dignitatem, ornamenta.

It tu

Ictu annorum pondera victa. Moles, & Machinę marmoreę; *victo*. metaphora à ferientibus nulli enim rei parcit tempus. Cic. pro Marcello. *Nihil opere, aut manu factum, quod non conficiat, & conſumat vetuſtas*.

At non. animi bona ſuperioribus non ſubiacent, ſed ſunt immortalia, veluti optima carmina.

Nomen quaſitum ingenio. laus parta viribus ingenij.

Non excidet ab ęuo nunquam effluet ex æui moria. nunquam interibit, ſed ſemper erit.

Ingenio ſtat ſine morte decus. Clauditur elegia ſententia: & eſt expolitio ſuperioris.

Decus ingenio eclypſis participij partum, vel quæſitum. Ouid. in hanc ſententiam cecinit.

Tabida conſumit lapidem, ferrumq; vetuſtas.
Scripta ferunt annos.

Elegiæ V. Ex Selectis Propertij.

Argumentum.

Quomodo Amor pingatur, & cauſas, cur ita pingatur ſumma elegantia exponit poeta.

Elegia

Elegia.

Quicunq; ille fuit, puerum qui pinxit Amorem,
Non ne putas miras hunc habuiſſe manus?
Is primum vidit ſine ſenſu viuere amantes,
Et leuibus curis magna perire bona.
Idem non fruſtra ventoſas addidit alas,
Fecit & humano corde volare deum.
Scilicet alterna quoniam iactamur in vnda,
Noſtraq; non vllis permanet aura locis.
Et merito hamatis manus eſt armata ſagittis,
Et pharetra ex humero Gnoſia vtroq; iacet.
Ante ferit quoniam, tuti quam cernimus hoſtem,
Nec quiſquam ex illo vulnere ſanus abit.
In me tela manent, manet & puerilis imago,
Sed certe pennas perdidit ille ſuas.
Euolat, hei, noſtro quoniam de pectore nuſquam,
Aſſiduuſq; meo ſanguine bella gerit.
Quid tibi iucundum ſiccis habitare medullis?
Si pudor eſt, aliò traiice tela tua.
Intactos iſto ſatius tentare veneno.
Non ego; ſed tenuis vapulat vmbra mea.
Quam ſi perdiderit, quis erit, qui talia cantet?
Hæc mea muſa leuis, gloria magna tua eſt.
Quæ caput, & digitos, & lumina nigra puellę,
Et canit, vt ſoleant molliter ire pedes.

Artificium.

Duas habet partes hęc elegia, propoſitionem in primo diſticho poſitam; & narrationem. & hæc pariter duas, enumerationem, atq; expoſitionem eorum, quæ Amori aſcribuntur.

Is

Is primum vidit. tum ea in ſe non comprobari omnia, quę de Amore narrauit. *In me tela manent*.

Quicunq; Laudat pictorem,qui Cupidinē pinxit, a miro artificio, quo vſus eſt. quòd omnia optime affectionibus accōmodauerit,quæ ex amore proueniunt. tranſlate vero dixit.

Miras manus id eſt artem,ingeniū,induſtriā. quæ per manus pingendo indicauit.

Is primum. explicat, cur puerum illū pinxerit. Quia amans nō plus ſapit, quā puer, ideo ſine ſenſu, ideſt iudicio, ſapiētia,conſilio dixit viuere amantes, id eſt amentes, furenteſq; eſſe. vt eſt Amor. de quo Elegia prima.

Furor hic non deficit. Et paulò poſt. *Amens errabat*. Et Plautus in mercatore dixit. Amore accedere ineptiam,ſtultitiam,& temeritatem, in cogitantiam,cupiditatē, petulantiam, multiloquium, & pauciloquiū: quæ quidem omnia in ætatem puerilem optimè quadrant. Virg. in Didone hoc expreſſit. Quam cum in primo dixiſſet.

Inſtare operi, regniſq; futuris, De eadē poſtea amore capta in quarto cecinit.

Non cœpta aſſurgunt turres,non arma iuuentus exercet &c.

Et hic poeta pariter dicit hinc effici, vt magna bona pereant leuibus curis, ideſt ineptijs amantium, quas tamen curas graues illi putant. Vnde Virg. 4. Aen.

At regina graui iamdudum ſaucia cura.

Magna perire bona. ratio, fama, valetudo, for-

fortunæ libertas amittuntur. *Vidit* metaphora ab occulis ad aciem ingenij, vt etiã *ſenſu* pro mente.

Idem non fruſtra. Alas ventoſas eidem dedit, & humano corde volare Deũ fecit: quia amantes iactãtur alterna vnda, id eſt alternatim inter amoris ęſtus, modo inſanos, modo benignos. & nunquam eorũ aura vllis in locis permanet. Alatus Cupido fingitur auctore Seruio, *quia nihil amantibus leuius; nihil mutabilius.* Ex Phurnuto, *quia vt auis aduolet animum.*

Deum Amorem.

Ventoſas: celeres, & modo huc, modo illuc vento raptas. Ouid. de eodem.

Et leuis es, multoq; tuis ventoſior alis.

Et metaphora eſt.

Iactamur agitamur;

In vnda alterna alternante, & recipiente, modo tranquilla, modo perturbata. & eſt translatio, pro in Amore.

Noſtraq; expeditio ſuperioris ſententiæ per translationem. *aura* fauor, proſperitas amoris nõ perſtat. idem Eleg. 25. Lucius lib.

Mendaces ludunt flatus in amore ſecundi.

Et merito. Amoris manib⁹ hamatę tributæ ſunt ſagittę, id eſt habẽtes cuſpides aduncas, & ideo irreuocabiles: & pharetra Gnoſia, id eſt quales Gnoſij, & Cretentes optimi ſagittarij geſtant: quia, vt peritiſſimus prius ferit, quam cernatur, & quem libet ſauciat. Alexander Aphrodiſæus ſagittas amoris refert ad radios oculorum, vnde amor, in animum penetrat.

Ante

Ante ferit ratio quare Gnoſia, quia vt ſagittarij Gnoſij, ideſt Cretenſes ex inſidijs adoriuntur, ita & Amor. vnde ſequitur. *tuti quam cernimus hoſtem fuſi.* Scilicet futuri, ſi cerneremus

Nec quiſquam ſenſus eſt, qui ſemel Amoris ſagitta ſaucius factus fuit, ſanus nunquã fit Elegia. 1 huius lib.

Amor morbi non amat artificem

Ouidius tamen libros ſcripſit de remedio amoris, & docet quomodo ſanari queat.

In me. confirmat ſuperiorem ſententiam exemplo ſuo, quia Amoris tela pectori ſuo infixa manent, & ſimilis puero eſt ratione, & conſilio carens, ſet alas in ſe perdidiſſe videtur Amor, quia è ſuo pectore nunquam euolat; ſed aſſidue bella gerit cum ſuo ſanguine vel *meo ſanguine* mea pernicie, & exitio.

Quid tibi. Arguit Amorem, quod in ſuis iam ſiccis, & exhauſtis longo amore medullis immoretur, hortaturque, ſi quo tenetur pudore, vt ab ipſo tandem ad alium nũquam tali veneno infectum, hoc eſt amore contactum ſagittas ſuas transferat.

Non ego. ratio eſt, quia iam non ipſe, ideſt corpus ſuum conſumptum, ſed vmbra tantum ſua vapulat, & torquetur.

Quid tibi iucundum, deſideratur eſt per eclypſim id eſt iuuat.

Habitare perpetuo morari, metaphora. Cic. dixit pro Murena, *habitaui in oculis.*

Si pudor eſt, ſi quid te pudet, Alij legunt,

I puer.

I puer hinc.

Alio traijce tela tua. in alios iaculare ſagittas tuas, transfer. *Iſto veneno* periphraſis amoris. vt apud Virg.

Occultum inſpires ignem, fallaſque veneno.

Venenum dictum eſt, quod in venas eat, & tam bonum quam malum eſt, cum & medicamenta venena ſint. Beroaldus.

Quem ſi Ab vtili dehortatur Amorem, ne vmbram ſuam penitus extinguat, quia non erit deinde poeta, qui amores cantet, & puellæ deſcribat pulcritudinem.

Hæc mea dicit ſuam leuem muſam eſſe magnam Cupidinis gloriam. Quia canendo deſcribat pulchrum caput, & digitos, oculos nigros, inceſſum mollem, & matronalē puellæ, quæ ſunt præcipuæ partes pulcritudinis puellæ.

Caput ſynecdoche totius pro partibus, hoc eſt facies candida comis et facie. coma laudatur flaua, & nigra; vt oculi. *digitos* ſynecdoche partis pro toto, id eſt manu. quæ longa laudatur, & eburnea. de coma, & manibus elegia 2. huius lib.

Fulua coma eſt, longaque manus.

De digitis Eleg. 1.

Digitis percuſſit eburnis.

De oculis hic:

Et lumina nigra.

De capillis, & oculis nigris. Hor. in arte.

Spectandum nigris oculis, nigroq; capillo.

Elegia VI. Ex Selectis Propertij.

Argumentum.

Auguſtus expeditionē aduerſus orientales populos apparabat: itaq; Poeta hac elegia felicitatem, ac victoriam illi precatur: deinde rationē reddit, cur ipſe cum eo ad illud bellū ire recuſet. quæ eſt, quòd amet, & Amor pacis, non belli Deus eſt, tum quia diuitiarum cupidus non ſit, quæ bello parantur.

Elegia.

Arma deus Cæſar diues meditatur ad Indes,
Et freta gemmiferi findere claſſe maris.
Magna uiri merces. Parat vltima terra triūphos
Tigris, & Euphrates ſub ſua iura fluent.
Sera ſed Auſonijs veniet prouincia virgis:
Aſſueſcent Latio Partha trophæa Ioui.
I te agite experta bello date lintea prora,
Et ſolitum armigeri ducite munus equi.
Omnia fauſta cano; Craſſos, cladeſq; piate,
I te, & Romana conſulite hiſtoriæ.
Mars pater, & ſacra fatalia lumina veſtæ,
Ante meos obitus ſit precor illa dies.
Qua videam ſpolijs onerato Cæſaris axe.
Ad vulgi plauſus ſæpe reſiſtere equos.
Inq; ſinu caræ nixus ſpectare puellæ
Incipiam, & titulis opida capta legam.
Tela fugacis equi, & bracchati militis arcus

Et

Et ſubter captos arma ſedere duces.
Ipſa tuam prolem ſerua Venus. Hoc ſit in æuum
Cernis ab Aenea, quod ſupereſſe caput.
Prę da ſit hæc illis, quorum meruere labores.
Mi ſat erit media plaudere poſſe via.
Pacis Amor deus eſt: pacem veneramur amãtes:
Stant mihi cum domina prælia dura mea.
Nec tamen inuiſo pectus mihi carpitur auro,
Nec bibit è gemma diuite noſtra ſitis.
Nec mihi mille iugis Campania pinguis aratur,
Nec miſer æra paro clade, Corinte, tua.
O prima infelix fingenti terra Prometheo:
Ille parum cauti pectoris egit opus:
Corpora diſponens mentem non vidit in arte.
Recta animi primum debuit eſſe via.
Nunc maris in tantum ventis iactamur, & hoſtẽ
Quęrimus, atq; armis nectimus arma noua.
Haud vllas portabis opes Acherontis ad vndas:
Nudus ad infernas ſtulte vehere rates.
Victor cum victis pariter miſcebitur vmbris:
Conſule cum Mario capte Iugurta ſedes.
Lydus Dulichio non diſtat Craſus ab Iro.
Optima mors, parca quæ venit apta die.
Me iuuat in prima coluiſſe Helicona iuuenta,
Muſarumq; choris implicuiſſe manus.
Me iuuat & multo mentem vincire Lyæo,
Et caput in verna ſemper habere roſa.
Atq; vbi iam venerem grauis interceperit ætas,
Sparſerit & nigras alba ſenecta comas;
Tum mihi natura libeat perdiſcere mores,
Quis deus hanc mundi temperet arte domum:
Qua venit exoriens, qua deficit, vnde coactis
Cornibus in plenum menſtrua luna redit:
Vnde ſalo ſuperant venti, quid flamine captet
Eurus,

Eurus, & in nubes vnde perennis aqua:
Sit ventura dies, mundi quæ ſubruat artes:
Purpureus pluuias cur bibat arcus aquas:
Aut cur Perrhæbi tremuere cacumina Pindi,
Solis, & atratis luxerit orbis equis:
Cur ſerus verſare boues, & plauſtra Boetes,
Pleiadum ſpiſſo cur coit igne chorus:
Curue ſuos fines altum non exeat æquor,
Plenus & in partes quattuor annus eat:
Sub terris ſint iura Deum, et tormenta gigantum,
Teſiphones atro ſi furit angue caput:
Aut Alcmæoniæ furiæ, aut ieiunia Phinei;
Num rota, num ſcopuli, num ſitis inter aquas:
Num tribus infernum cuſtodit faucibus annum
Cerberus, & Tytio iugera pauca nouem:
An ficta in miſeras deſcendit fabula gentes,
Et timor haud vltra, quam rogus eſſe poteſt.
Exitus hic vitæ ſuperſit mihi. Vos, quibus arma
Grata magis, Craſſi ſigna referte domum.

Artificium.

Beroaldus cum alijs quibuſdam putauit hanc elegiam in duas diuidendam. vt *Pacis Amor deus eſt*: alterius ſit initium. Sed Muretus, & alij eruditi bene vnam tantum efficiunt. quod liquido apparebit, tum ex noſtra diuiſione totius elegiæ, tum etiam ex toto artificio.

Hæc elegia poetica admodum eſt figuratiſſima, & eruditionum plena. in tres partes diuiditur, in exordium:

Arma deus.

In narrationem.

Iſt

Ite agite: Ni perorationem.

Vos quibus arma.

Arma Deus : in hoc exordio duo facit proponit Auguſti expeditionẽ aduerſus Indos. *Arma Deus* :

Tum bene ominatur. *Parat vltima* :

Hic beneuolentia captatur ab Imperatoris perſona laudati : qui Deus, ac vir appellatur, neq; adulatorie : honores enim diuini illi iam publicè decreti fuerãt. De cuius Apotheoſi ita cecinit, Ou. de Põte l 4.

Quale tamen ponit de celite, Brute recenti
Veſtra procul poſitus carmen in ora dedi.

Item alibi.

Peruenient illuc, & carmina forſitan illa,
Quæ de te emſi celite facta nouo.

Deinde docilitatem, & attentionem parat per propoſitionem, & commendationẽ rei à ſua præſtantia : *ad Indos Dites &c* à magnitudine : *Magna viri merces*. ab inſolitare. *Aſſueſcent latio*.

Plurimi ſunt poetici ornatus. *Meditatur* cogitat, & parat. Ouid.

Ecce parat Cæſar, domito quod defuit orbi,
Addere, nunc oriens vltime noſter eris.

Ad Indos: aduerſus, & cõtra, vt apud Cic. *Ne ad ea mediteris, imparatum te offendam.*

Dites diuites, & metonymia ſubiecti pro adiuncto eſt, poſito Deo diuitiarũ pro diuitijs. Vt apud Ter. *Dis eſſes Demea, & totã tuã conſtabiliſſes* : hinc ditior dis õis generis, & ditiſſimus. Liu. *in diti domo; & diti ſtipendia.*

Et freta expoſitio, explicat .n. cur dites; & quo mediteſ ire nauigationẽ periphraſtice

 deſcripſit

ſcripſit per locum a conſequentibus: *findere freta claſſe* nauigare nauigans enim neceſſario aquas nauibus findit. videri poterit ſyntagma noſtrum de lyrico poemate indictione periphraſis.

Maris gemmiferi periphraſis eſt maris Indici, rubri, & erithræi. quod gemmas, & margaritas producat, & ferat, quæ ditiſſimam efficiunt regionem.

Claſſe copijs naualibus metonymia ſubiecti pro adiuncto.

Magna viri merces ingens labor: metonymia effecti pro cauſa labor enim mercedis eſt cauſa vt apud Virg. Ecl. vltima.

Hac eſt fœminei merces extrema triumphi.

Parat vltima terra Deditionis Indorum, vel victoriæ Auguſti ominatio, prędictioque eſt.

Vltima terra periphraſis Indiæ eſt. Ouid. etiam.

Heu quam vicina eſt vltima terra mihi.

Tigris, *&* *euphrates* metonymiæ adiunctorum pro ſubiectis ſunt. id eſt regna indica, per quæ duo hæc flumina perfluunt, adiungentur tuo imperio ò Auguſte. itaque etiam apoſtrophe eſt.

Fluent ſub tua iura in ſuam venient ditione, & imperium.

Sera, *ſed* ſententiam eſt. regio parthica Prouincia Romana fiet, & ſi ſerò: ante enim fieri debuerat ante cladem Craſſi, qui a Parthis victus fuerat: vel ſtatim poſt acceptam cladem per debellationem ſyntaxis eſt: terra vltima, id eſt India, vel parthia

veniet

veniet prouincia, fiet ſua prouincia virgis Auſorij, ſed fiet licet ſera virgis Auſonij vel datiuus communis eſt, in vtilitatem, & gloriam ſignificãs: vel datiuus pro ablatiuo cum ab fiet, vel veniet à virgis Auſonijs, à magiſtratibus Romanis, quibus pręſto ſunt lictores, qui faſces virgarum geſtant ſecuribus alligatos, & eſt metonymia ſigno ſiue adiuncti pro ſe ſignata.

Auſonijs Romanis per ſynecdochen totius pro parte. cum Auſonia Italia appellaretur. Virg.

Qua laudem Auſonia Teucros conſidere terra Inuidia eſt?

Prouincia ex Donato à porrò, vel procul vincendo eſt dicta. Itaque regiones bello acquiſitæ longe ab Italia prouinciæ appellantur. ex Feſto vero à prouincendo id eſt ante vincendo.

Aſſueſcent Parthi frequenter vincentur, & de eis triũphabitur. quod metonymice expreſsũ eſt poſito ſequẽte pro antecedẽti ijs namque aſſueſcimus, quæ frequenter agimus

Partha, pro Parthica vt etiã Ouid. *Parthas nurus* dixit. Beroaldus etiam legit parte id eſt aquiſita, ſed melior ſuperior lectio.

Latiali. Ioui Capitolino, quem triumphãtes adibant, & ſynecdoche eſt, vt virgis Auſonijs.

Ite agite. Initium eſt narrationis, in qua hæc pręcipua ſunt capita cohortatio militum ad bellum, precatio diuerſorum nominum pro felici exitu cur ipſe illi bello

intereſſe nolit; quia Deum pacis Cupidinẽ amans ſequatur, & opes non curet. *Pacis Amor Deus eſt.* Quouſq; amoris caſtra ſequi velit. *Me iuuat.* Quodq; ſenex factus ſequi ſtatuat. *Atq; ubi:*

Ite agite. Auguſti milites hortatur ad duplex bellum nauale, & terreſtre per periphraſes ab adiunctis. nam per nauigationem nauale intelligit, per equum armigerum terreſtre. quod naues in maritimo, & equi in terreſtri adhibeantur. *date lintea prora*, date vela, nauigationis eſt periphraſis.

Experta bello metaphora ſiue metonymia pro expertorum, & petitorum militum, & veteranorum: qui antea vicerāt Sext. Pōpeium in ſiculo freto; & M. Antonium ad Actium, & beneuolentiam comparat eorũ à laude militaris peritiæ.

Ite agite aduerbia hortantis ſunt.

Et ſolitum. Ex Beroaldo apoſtrophe ad Equos, quos poeta hortatur ad officium ſuũ ſolitum in bello præſtandum, & erit metonymia rei poſſeſſæ pro poſſeſſore equite. Paſſeratius alias excogitauit interpretationes, ſed hæc mihi magis placet. Idem poeta l. 3. E. 21. dixit: *Ducites v tes r. morā.*

Omnia fauſta cano. Vt eos bene animet, felicia vaticinatur, atq; enunciat. fauſtum enim à fauendo dictum eſt ex Nonio. vnde illa formula bonæ ominationis vtimur, cum aliquid aggredimur: *Quod felix, fauſtumq; ſit.*

Craſſos, cladeſq; piare, arguit à neceſſario fine

fine, delere maculam turpemq; notam populi Romani. Quod duo Craſſi pater, & filius in bello Parthico interfecti vſq; adhuc inulti iacuerint.

Craſſos, Cladeſq; Craſſorum clades hendiadis eſt. vt apud Virg.

Pateris libamus, & auro.

Conſulite hiſtoriæ digna Romana hiſtoria gerite.

Mars pater. Precatur Martem bellorum Deum, ac Veſtam, in cuius ſempiterno igne fatum, & tutela Pop. Romani eſſe putabatur, vt Auguſto ita faueant, vt, ante quam è vita migret, Parthi debellentur, & de ijs triumphet Auguſtus.

Quam videam. Elegans triumphi ab adiunctis deſcriptio, & hypotipoſis. currus triumphalis ſpolijs onuſtus ob oculos conſtituitur, adhibita ſynecdoche partis pro toto, & numeri, poſito axe pro curru, & pluribus axibus, qui in curru ſunt. Quæ lectio eruditorum eſt, nam Beroaldus axes legit. *Spolijs* armis hoſtium.

Reſiſtere equos. retrocedere, & nolle vlterius progredi.

Ad plauſus: propter, vt apud Ouid. lib 4. Triſt. Eleg 2

Ipſe ſono plauſuq; ſimul, fremituq; calentes
Quadriiugos cernes ſæpe reſiſtere equos.

Et titulis. Opidorum in bello captorum ſimulacra in triumphis oſtentabantur cum titulis, id eſt inſcriptionibus iudicantibus eorum nomina.

Tecla fugacis equi. Sagittas, vel haſtas

C 3 Par-

Parthicorum equitum. & ita equi metonymia eſt adiuncti, & ſynecdoche numeri.

Fugacis alluſio ad Parthos in prælio fugã ſimulantes, & à tergo ſagittas emittentes.

Bracchati Militis periphraſis Indorũ, qui bracchis vtebantur, quæ veſtes fluxæ ſunt, & quidam fæmoralia intelligunt. His quidam Galli vtebãtur, vnde Gallia Bracchata, etiam Daci, Populi Ponti, Perſæ, & Indi.

Et ſubter. Duces, Reges, & Imperatores hoſtium captorum ſub, erectis trophæis ſedebant Ouid. de Ponte El 4. l 3.

Stentq; ſuper captos tronca trophæa viros.

Ipſa tuam prolem. Commendatur Veneri Auguſtus, qui ab eadem oriundus erat per Iuliam gentem à Iulio Aſcanio ductam, qui Aeneæ Veneris filij filius fuerat. vnde Aeneadum genitrix appellatur.

Hoc ſit ȩuum hoc caput, hic Auguſtus diu viuat. nam in præpoſitio cum verbi actio ad futurum tempus refertur accuſatiuo gaudet. vt, *in hunc annum conſtituta ſunt nuptię*

Quod cernis. e celo, quia venus ſidus celeſte eſt, & ſidera ſunt oculi mũdi. *ſupereſſe*, ab Aenea oriundum alijs extinctis.

Præda ſit. hoc caput, & Auguſtus ſit præda, hoc eſt merces, & præmium eorum, qui per labores militares hoc meruerunt. præda proprie eſt, quæ eripitur, præmium quod offertur, merces à merendo, & merere verbum militiæ eſt, & ſtipendij. rogat igitur, vt incolumis ſeruetur Auguſtus.

Miſat

Miſat erit, ſenſus eſt, cum eſſe miles noſim in hoc bello, & ideo tali præda, ac mercede frui merito non poſſim, ſatis mihi erit poſſe ſpectare Auguſtum triumphantem.

Media via, triumphali: vel *Sacra via*, qua triumphãtes ibant in Capitolium. *Mi* pro mihi apocope eſt.

Pacis Amor. Ratio eſt, cur ad bellum illud non eat: quia amans eſt, & Amantes pacẽ venerantur, Quod Amor deus ſit pacis: vt Mars belli. hoc à platone videtur ſumpſiſſe, qui in ſympoſio pacem ab Amore Deo hominibus, pelago vero tranquillitatem, ſilentium, æris, ac ventorum, cubile, requiẽ, & ſomnum in cura, & labore inquit eſſe.

Stant mihi, dicit tamen ſe non eſſe ſine duro, & aſpero bello cum domina ſua. Ele. 8 l. 3. explicat hæc prælio.

Aut tecum, aut pro te mihi cum riualibus arma
Semper erunt, in te pax mihi nulla placet.

Nec tamen. ſenſus eſt: aliorum bellorum cauſæ ſunt diuitiæ, auaritiæ, & luxuries ego talibus non moueor, ſed tãtum cum domina mihi bellum eſt.

Pectus mens per metonymiam continentis pro re contenta. *auro inuiſo* non libenter viſo, & odioſo. & ratio eſt, cur auarus non ſit, quia aurum odit

Nec bibit. non luxu delector, diuitijſue regijs. quod ornate explicat dicendo ſe nõ bibere poculis gemmeis.

Noſtra ſitis ego ſitiens, metonymia adiuncti pro ſubiecto. e. 3. l. 4. *tuam famem paſcat*. te famelicam.

Gemma. poculo è gẽma compacto, metonymia materiæ pro poculo. *E* vacat. Virg *Vt gemma bibat*. Iuuen. *Cum bibitur concha*

Nec mihi. Nec diuitias habere, nec optare me fateor, quod per pulchram ſinecdochem ſpeciei pro genere dixit, Campania pro quouis pingui agro poſita, & aliã numeri finiti pro infinito:

Mille iugis. metonymiam adiuncti pro ſubiecto, *iugis* pro paribus bouum, quia ſingulis iugis par bouum alligatur. *Mihi*. vel datiuus communis eſt vtilitatis, vel pro ablatiuo à me. De agro Campano poterit videri Plinius. lib. 3. cap 5. qui aſſerit vniuerſas terras, vbertate frugum antecedere.

Nec miſer. Senſus eſt. O Corinthe ego non comparo mihi æra tuo excidio, vt fecit Mummius.

Miſer, auarus, alij legunt *æra claſſe peto*, ſed melior ſuperior lectio. ſynecdoche etiã in *Corinthe* eſt pro quauis ciuitate æra pretioſiſſima habente. *Corinthus* totius Græciæ lumen à Tullio in offi. appellatur. de æris Corinthij nobilitate Plin. lib. 24. cap. 2.

O prima. Enumeratis quibuſdam vitijs, quibus maior pars mortalium dedita eſt, eorum miſeriam deplorans bene exclamat & Prometheum hominis fictorem ex fabularum figmentis incuſat: quod in homine fingendo nullam mentis, & prudentiæ rationem habuerit, cuius maior cura eſſe debebat,

bebat, quam corporis: cum animi, quam corporis ſit natura diuinior. Fabulantur verò Poetæ Prometheum hominem è limo formaſſe: vel quia ſecundum Euſebium feritatem hominum, nimiamq; imperitiam ad humanitatem, & ſcientiam transfigurauit; vel ex Lactantio quòd primus hominis ſimulacrum ex molli luto formauerit, ex quo orta fuit ars ſtatuas, & ſimulacra fingendi. Quæ vero ei tribuerit Prometheus homini erudite cecinit Claudianus in 4. Panegyrico conſulatus Honorij Auguſti.

Diſce orbis, quòd quiſq; ſibi dum venderet artus
Noſtros, æthereis miſcens terrena Prometheus,
Sinceram patre mentem furatus Olympo,
Continuit clauſtris, indignantemq; reuinxit.
Et cum non aliter poſſent mortalia fingi,
Adiunxit geminas: illæ cum corpore lapſæ
Intereunt: hæc ſola manet buſtoq; ſuperſtes
Euolat. Hanc alta capitis fundauit in arce,
Mandatricem operum, proſpectatamq; labori.
Illas inferius collo, præceptaq; ſummæ
Paſſuras dominæ, digna ſtatione locauit.
Quippe opifex veritus confundere ſacra profanis,
Diſtribuit partes animæ, ſedeſq; remouit.
Iram ſanguineæ regio ſub pectore cordis
Protegit imbutam flammis, auidamq; nocendi,
Præcipitemq; ſui rabie ſuccenſa tumeſcit,
Contrahitur tepefacta metu: cumq; omnia ſecũ
Duceret, & requiem membris veſana negaret,
Inuenit pulmonis opem, madidumq; fluenti
Præbuit, vt tumida ruerent in mollia fibræ.

At ſibi cuncta petens, nil colla tuta cupido,
In iecur, & tractus imos compulſa receſſit:
Quæ velut immanes referat dum bellua rictus,
Expleri, paſc q; nequit, nunc verbere curas
Torquet auaritiæ, ſtimulis nunc flagrat amorum,
Nunc gaudet, nũc mœſta dolet, ſatiataq; rurſus
Exoritur, caſaq; redit pollentius hydra.

Poterit videri etiã Ouid. lib. 1. Metam. & Seruius in ſexta Egloca Virg. hanc totã fabulam recitans, & interpretans. ſed, vt ad ſententiam poetæ redeamus, ſi cautior fuiſſet prometheus, ijs malis careremus, quæ enumerat:

Nunc maris in ſententiam deinde ornatur exclamatione commiſerationem habente:

O prima: metonymia materiæ pro re ex ea facta. *Prima terra*; primus homo ẽ terra formatus.

Infelix quę male, & infeliciter prometheo ſucceſſiſti, quando te finxit, & produxit. vbi eſt etiam apoſtrophe ad terram.

Fingenti proprie dixit, ex luto enim finxit vnde figuli dicti ſunt.

Ille parum ratio eſt, cur infelix, quia *Egit* formauit *Opus pectoris parum cauti*, id eſt pectus ipſum non ſatis prouidum. & eſt metonymia continentis pro re contenta, id eſt mentem, atq; prudentiam non habens. nã in pectore eſt cor, vbi mens habitat alij legunt caute, vel cautim, & ita prometheus parum cautus dicetur, ſed prior lectio figuratior eſt.

Corpora diſponens: ratio ſuperioris ſententiæ

tiæ, quia cum luminis membra formaret, anteq; ea coniungeret.

Mentem non vidit in arte, non prouidit ſatis, nec conſuluit méti, & rationi. cum ante oportuerit mentis curã habere, quæ princeps hominis pars eſt.

Corpora diſponens: membra in homine ſynecdoche totius pro partibus. *Recta animi via*, periphraſis rationis, quam ducem ſequi debemus:

Eſſe primum res prima.

Nunc mar's: ergo, quia incautus fuit in hac, auaritia, & luxuries dominantur, quæ ratione deberent ſubijci, quibus periculoſæ nauigationes ſuſcipiuntur, & noua ſemper bella renaſcuntur.

Intantum mare iactamur, per tam vaſtum mare agitamur.

Hoſtem quærimus, occaſionem belli, quietas gentes laceſſimus, *litigium emimus*, vt ait plautus.

Arma armis nectimus, bella ex bellis ſerimus. Sall *Hi tumultum ex tumultu; bellum ex bello ſerunt*: innectimus, & ſerimus metaphoræ notæ ſunt.

Haud vllas: acerbe dictum in auarum, qui tam inſudat in opibus congerendis, cũ tamen ſecum poſt mortem non ſit delaturus quidquam ad inferos.

Acherontis ſynecdoche partis pro toto: nã Acheron fluuius inferorum eſt curam, & dolorem innuẽs; vt luctum, & mærorem Styx, & Cocytus, & doloris incendium Phlegeton. Plin. l. 19 c. 4. *Mors æquabit, quos pecu-*

nia ſeparauerit. & ſententia illa, *Mors omnia aquat*.

Nudus: ratio ſuperioris ſententiæ, quia nudus ad inferos deſcendes. placet magis Scaligeri lectio

Nudus ab inferna ſtulte vehere rate.

Elegantior enim eſt ſenſus. ita l. E.3.l.3.

Nudus lethaa cogerer ire rate.

Quia mortui nudi ſunt, & ſine opibus. Vnde, & Dis inferorum Deus per antiphraſim ex Fab. dictus fuit, quod minime diues ſit, alij contrarium tenent.

Victor cum victis. Addit inſuper mortuorum vnã, eandemq; eſſe conditionem, eundemq; locum, cum Seneca, qui dixit, impares naſcimur pares morimur Lucan 7.

Non meliore loco ſtygia ſub nocte iacebis.

Scilicet quam alij. Exemplorum inductione hic poeta ſententiam expolit. itaq; non diſplicet Paſſeratij ſententia, qui apoſtrophem in hoc verſu agnoſcit ad Marium & cenſet ita legendum.

Victor cum victis pariter miſcebere Cymbris.

Vt primũ exemplum inductionis ſit Marij, qui cymbros deuicit. Florus l 3.c.3. ſi etiã communem lectionem admittimus, eadem erit pariter ſentẽtia per periphraſim Marij & cymbrorum.

Conſule. alterum exemplum eiuſdẽ Marij, & Iugurthę ab eodem deuicti. Vide Sall. de bello Iugurthino. Marius ſepties cõſul fuit, & tunc primum erat. Sigonius in Faſtis.

Lydus Dulichio: tertiũ exẽplũ probat diuites, & pauperes poſt mortem eſſe æquales

per

per ſynecdochen ſpeciei pro genere. poſitis ditiſſimo Cræſo rege Lybiæ, vnde lydus dictus eſt, & egentiſſimo Iro Dulichio dicto ab inſula, quæ erat ſub Vliſſis imperio: qui etiam Arnæus vocabatur, vnde ab Ouid in Ibin binominis dicitur.

Qualis erat, nec non fortuna binominis Iri.

Optima mors. Laudat fortem mortem, id eſt naturalem per collationem, quę tamen periphraſtice notatur: *quæ venit paruo die*: id eſt à parcis conſtituta: & enallage eſt nominis pro epitheto: vt Eleg. 31. l. 2. *fœmina turba*, pro fœminea. pro non prolixa, ſed breui tempore; vt poeta ad paremiam illam reſpexerit: optimum non naſci, aut quam citiſſime aboleri. ſuperior videtur magis ad rem facere collatio eſt, quia naturalem mortem præfert illi, quæ præter naturã eſt, vt mori in mari, in bello, ſibi mortem conſciſcendo Virg.

Nam quia nec fato moritur, nec morte peribat.

Me vnat: vituperatis quibuſdam iuuentutis ſtudijs, quæ ipſe in ea ætate ſequi velit, explicat. primũ eſt ſe velle Muſis, & poeticæ, operam dare. quod ouidem ornare expreſſit: *coluiſſe Helicona* poſito Helicone Apollini, & Muſis Sacro, Parnaſſiq; æmulo pro Muſis, & poetica facultate. vnde ſequitur expolitio, *Muſarumq; choris implicuiſſe manus*: id eſt cum Muſis choreas duxiſſe manus manibus implicando. De choreis vide artificium noſtrum in Odam 4. ad L. Sextium.

Me

Me iuuat: præterea ſe genio, ac voluptati indulgere velle dicit, abactis curis, quæ muſarum ſtudia fouent. exponamus igitur cũ Paſſeratio *vincire mentem multo lyæo* cõſtringere curas mentis, domare, & vincere, ne nocere poſſint. & erit metonymia continentis pro re contenta mens enim curarũ ſedes eſt: quas Lyeus, hoc eſt vinum metonymicè diſſoluit, ac diluit.

Et caput: alia voluptas tenere caput reclinatum molliter in puluinis roſa factis, & repletis. Cic. 7. in rer. puluinus Melitenſi roſa fartus.

Atq; vbi. tranſit ad ſtudia, quæ in ſenectute ſectari ſtatuit. & eſt ſenſus. Vbi venerit ſenectus, in qua, vt ait Plato primo de Repub. pax eſt à rebus venereis, quod etiam probat Cic. in lib. de ſenectute, & Tibullus illo verſu:

Iam ſubrepet iners ætas, nec amare decebit.

Tum philoſophiæ opera dare decreui, & rerum cauſas penitus ediſcere. quam ſententiam ita ornauit. ætas grauis pro ſenectute periphraſis eſt. ita etiam elegia vltima l. 3.

At te celatis ætas grauis vrgeat annis.

Et quod ibi dixit, *grauis vrgeat annis*, hic vno verbo dixit interceperit, hoc eſt ſenſim obreperit, & totã Venerem, id eſt amorem abſtulerit.

Alba ſenecta: expolitio ſuperioris verſus eſt per periphraſim cauſæ efficiẽtis pro re effecta ſenecta .n. canos efficit ſenes ex inopia, & elixitate caloris. quod corpus ſeneſcens.

in

in frigiditatem dilabatur. Senectus enim frigida eſt, & ſicca, vt inquit Ariſtoteles in 4. de generatione.

Nigros alba: antitheta ſunt nigra coma iuuenum formoſorum eſt, & alba ſenum.

Tum mihi: in ſenecta, inquit, me delectabit philoſophari quod pulcra periphraſi protulit, ac propoſuit.

Naturæ perdiſcere mores: naturalem philoſophiam, quæ ſoleat natura efficere. ita etiã ſeneca.

Senex mundum circuire conſtituit, & cauſas, ſecretaq; eruere, atq; alijs noſcenda producere. Horatius quoq; in prima epiſtola ad Mæcenatem, quod vitæ inſtitutum ſequi velit in ſenectute omiſſa iuuenili poematum, & amorum laſciuia, clare oſtendit.

Nunc itaq; & verſus, & cætera ludicra pono:
Quid verum, atq; decens, curo & rogo, & omnis in hoc ſum.

Quis Deus: poſt propoſitionem ſtudij philoſophiæ digreditur eleganter in quaſdam philoſophicas quæſtiones ſcitu dignas, quas ſenex erit perſcrutaturus. Prima eſt de diuina prouidentia, mundiq; moderatione, ac rectione. *Quis Deus:* Quia diſcrepant inter ſe Ethnici de mundi creatione, & moderatore. Plinius, & Ariſtoteles mundum ſemper fuiſſe dixerũt, & Plinius ſolem eſſe mundi rectorem, ac principale naturæ regimen, ac numen. Epicurus ex atomis formatum eſſe, & nõ à Deo regi: Tullius 2 de nat. Deorum *illum vero, & Iouem, & Dominatorem rerum, & omnia motu regentem.*

Temperet domum mundi arte. regat mundum ratione,& prouidentia. Mundum vocauit domum per tapinoſim. Cic.in Acad. Quæſt. appellauit Ciuitatem Communem Deorum,atq; hominum. in lib. de Somnio Scipionis templũ *arte* pro ratione,& prudẽtia Seneca ep.72.pariter eſt vſus in eodẽ argumento. In hoc opere, inquit, æternam artem cuncta temperantis Dei verti.

Qua venit: altera quæſtio de Luna eſt: & quærit,qua veniat exoriens, id eſt, vnde naſcatur: quia deficiat,vbi occidat.de quibus agit Plin l 2.c.9 & 14. An ex mari Indico oriatur,& in Heſperiã condatur: an ex Antipodibus ad nos veniat, & à nobis ad illos reuoluatur: an quotidie oriatur,& extinguatur,veluti Epicurei ſolem putabant, vt Lucretius diſſerit.

Vnde coactis cornibus. cauſas intelligit,cur Luna modo decreſcat, ac ita cornua recipiat, modo creſcat, & plenum orbem efficiat. illud fit, cum ad ſolẽ accedit,& hoc, cũ ab eodẽ recepit. licet tantum eius plenitudinem deſcribat per verba,

Coactis cornibus id eſt in vnum collectis:

Redit in plenum. in plenitudinem.

Virg dixit: *à fontibus vna ad plenũ calcentur*.

Horat *Manabit ad* plenum.

Aſcon in Diuin. *ad plenũ noſce cauſas*. pro plene contraria incaſſum,in vanum, in vacuum Plin l 2 c. 4. de Luna, *Modo curuata in cornua, modo æqua portione diuiſa, modo ſinuata in orbem, modo im menſa orbe pleno, modo nulla. quæ viciſſitudines naſcuntur ex remotio-*

ne, aut vicinitate ſolis Luna à luce alienare dicitur, quod ſolis luce ſplendeat, & menſura, quia ſingulis menſibus renouatur confecto ſuo curſu.

Vnde ſalo: tertia quæſtio de ventis eſt, quã dicit ſe in ſenecta inueſtigaturum: vnde in mari diu durent; quæ ſit Euri natura: quo ab oriente flante aer obſcurior redditur, & caliginoſior; ex quo etiam flante omnia maiora videri credit Ariſtotiles. ventus ex eodem eſt aer fluens: cuius cauſam Seneca in 3. quęſt exiſtimat eſſe aquarum, terrarumq; vaporationes. ex aquis etiam aera ſpirantibus naſci venti dicũtur. itaq; Ariſt. cauſam quærit in problematibus, cur venti de mari ſpirare ſoleant vnde, & poeta inquit *Vnde ſalo* id eſt ex qua cauſa fiat, cur venti ſuperant, ſuperſunt, & abundent in mari, cur mare nunquam ſit ſine vento.

Quid flante captet. Quid mali meditetur, cui inſidietur eurus, cum flare incipit. nam captare inſidiari eſt. Prop. E. 9 l 2.

Incipiam captare feras. Mart. l. 9.

Dum me captares, mittebas munera nobis:
Poſtquam capiſti; das mihi Ruſe nihil.

Eurus captator dicitur, quia naufragijs delectatur. Virg.

Aut vbi naufragijs violentior incidit Eurus.

Et in nubes. Quid aquam nubibus perpetuo ſuppeditet, vnde aqua fiat. eclypſis verbi *cogatur*, aut vertatur. Quidam phyſici, e liquore egreſſo in ſublime nubes fieri cenſuerunt, quarum denſitates cum intra ſe vrgentur, imber exprimitur.

Alij

Alij ex aere coacto, & vi ſolis eleuato, qui deinde vi frigoris deijcitur in terram. Virg. *Atq; vi nubes cogitur aer*. Nubes à nubo, id eſt tego dicta eſt, quòd celum tegat, vt mare terras, vnde Neptunus quaſi nuptunus nubibus terras tegens.

Sit ventura dies. Quarta quæſtio, an periturus, ſubuertenduſq; ſit aliquando mūdus vna cum celis, quos arces mundi appellat. vt etiam Virg. *Cæli quibus annuit arcem*. & Hor O. 3. l. 3 *arces igneas. ſubruat*, ſubuertat. Hoc autem ſe quæſiturum dicit, quia apud ethnicos philoſophos variæ fuerunt ſententiæ Ariſtoteles de cel. & mund., & Plin. putarunt mundum neq; genitum vnquam fuiſſe, neq; interiturum. Plato in Timęo natum quidem, & architectū habuiſſe, ſed neque diſſolui poſſe, cum bonitate ſui architecti conſentaneum ſit, vt ſit æternus.

Eccleſiaſtici vero & factum à Deo mundum aſſerunt, & incendio conflagraturum, qui deinde in melius innouabitur, & fiet celum nouum, & terra noua. Ioan. in Apocal. & Aug. 20. de ciu. Dei. Quod etiam multi ex Ethnicis affirmarunt: Sen. in lib. de conſ. Lucanus lib. 7. Lucretius lib. 5. & alij.

Purpureus pluuias. Quinta quæſtio eſt de arcu celeſti, qui iris dicitur. purpureus appellatur id eſt varius: quòd in purpureo colore inſit, aliquid aquilum, nigrum, & candidum. hinc, & nix purpurea dicta ſunt igitur in arcu colores puniceus, viridis, & cæruleus: quæ colorum varietas fit

ex

ex mixtura nubium, aeris, & ignium efficitur vero ex raro aduerſi concauæ nubi immiſſo. *Cur bibat*, quomodo, & vnde concipiat, & recipiat *aquas pluuias* celeſtes. Vetruuius: *per calorem videmus non minus aquæ vapores à Fontibus ad nubes per arcus excitari.*

Hinc imperfecto complectitur aera gyro
Arcus, vix vlla variatus luce colorem
Oceanumq; bibit, raptoſq; ad nubila fluctus
pertulit.

Quomodo Arcus fiat tradunt Ariſt. Meteor: l. 3. c. 4. & 5 Plin. l. 2. c. 59 Seneca lib 1. cap 3. nat Quæſt. Arcus ſecundæ, & quartæ inflexionis eſt. Cic. de natura Deorum: *cur autem arci ſpecies non in numero deorum reponatur.*

Aut cur perrhabit: ſexta quæſtio de terræ motu quam poetice pinxit per metonymiã ſpeciei inſigni terræ motu poſito pro quouis tremore terræ. Referunt Theſſaliam olim terræ motu concuſſam, & montes prius inter ſe coherentes abſciſſos, inter quos eſt Pindus ad meridiem vergens, qui mons ingens Perrhæbus vocatur à Perrhębis populis Theſſaliæ; qui Lapitarum potentia fracti in loca Montani Pindo Monti vicina profugerunt. Plin. cauſam terræ motus vẽtos eſſe retur, qui in cauernas terrę, ac venas conditi deferuntur, & exitum quærentes cuncta concutiunt.

Seruius copioſiſſime diſputat de terræ motu, eiuſq; cauſis in verſum illum Virg.

Vnde tremor terris, qua vi Maria alta tumeſcãt.

Lucretius in 6. Ariſt. in Meteor. Seneca, & alij.

Solis & atratis. Septima quæſtio de ſolis defectu: quem poetice admodum pinxit p effectũ, causã, & metaphoras ab homine:

Solis orbis luxerit: Sol rotundus in luctu, ac mœrore fuerit, ac defecerit. nã cũ fit eclypſis ſolis, ipſe ſol lugere videtur. *Equis atratis* tenebris atris opertis, quaſi veſtibus atratis. poetica ſentẽtia eſt Poetę. n ſolẽ curru quatuor equis tracto fabulantur vehi de quibus Ouidius in 2. Metam. ita canit.

Interea volucres Pyroeis, Eous, & Aethon
Solis equi, quartuſq; Phlegõ hinnitibus auras
Flãm feris implẽt, ped buſq; repagula pulſant.

Virgilius in fine primi Georg. Simplicius eiuſdem defectum deſcripſit.

Ille etiam extincto miſeratus Cæſare Romam,
Cum caput obſcura nitidum ferrugine texit,
Impiaq; æternam timuerunt ſecula noctem.

Plinius inquit ſolem interuentu lunæ occultari, & lunam terræ obiectu. Seruius ad illud Virg.

Defectus ſolis varios, lunæq; labores.

Deficit, inquit, *vna tantum rat one, cum luna ſoli, a reg one obiecta eſt, vt à nobis ille minus videri poſſit* Ianus tamen Poeta aliunde etiã dicit, quam à lunæ interuentu fieri ſolis defectũ, vti etiã Lunã interdũ quidã deficere dicũt, cũ tamen nullã à terræ vmbra obſcurationem patiatur, ſed vel nigra, vel ſanguineo colore ſuffuſa hominibus apparet. citat Xiphilinum in Vitellio, & D. Auguſtinum de Ciuitate Dei lib. 3. cap. 15. de morte Romuli. Quod etiam patet ex loco ſuperiori Virg. De nece Cæſaris prodigijs nobilitata.

Curſerus. Octaua quæſtio de Boote, ſeu Arctophilace; & quærit, cur ſerus verſet boues,& plauſtra: id eſt ferat, & agat ſerò pro libidine boues ſeptemtriones, quos plauſtrum quidam appellant. Iuuen. pigrum dicit.

Frigida circum agunt pigri Sarraca Bootæ.

Pigrum, ſiue ſerum eſſe dicunt, vel quia nõ occidit,niſi mane: vel quia eius occaſus quatuor ſignorum Zodiaci tempus, ſiue,vt quidam alij volunt, trium abſumit. *ſerus verſare* Græciſmus eſt, vt apud Hor. *audax perpeti*; *docta verſare* de quo in ſyntagmate noſtro de lyrico poemate cap. 16. Bootes à boue ductum latine bubulcus celeſte ſydus eſt,qui more bubulci plauſtrum ſequi videtur. Cic. 2. de nat. Deor. Septentriones autem ſequitur Arctophilax, vulgo qui dicitur Bootes, quod quaſi temone adiuncta per ſe qua ſit Arcton. Bootæ, & Vrſæ fabula plene habetur apud Ou. in 2.Faſt. ibi.

Tertia nox aderit, cuſtodem protinus vrſæ
Accipies geminos exeruiſſe pedes.

Pleiadum ſpiſſo: nona quæſtio de Pleiadibus eſt,& Pleiades panonymicũ eſt à Pleione earum matre,& Atlantis coniuge,alij alias dant deriuationes. dictæ etiam ſunt virgiliæ,quod verno tempore oriãtur.Quærit hic poeta,cur earum chorus coeat ſpiſſo igne. chorus dicitur,quia ſeptem sũt inter os Tauri,& caudã Arietis poſitę, & mouẽtur in numerum cum orbiũ celeſtium concentu *Spiſſo igne*. quia igneæ ſunt teſtibus etiam Cic. & Virg. ſpiſſæ, quia iun-

ctæ,

ſtæ,conglobatæq; ſunt omnes, licet ſex tã-tum ſint conſpicuæ, & ſeptima lateat. cuius fabuloſa ratio eleganter affertur ab Ouid. in 4. Faſt. his verſibus.

Pleiades incipient humeros releuare paternos,
Quæ ſeptem dici, ſex tamen eſſe ſolent.
Sed quòd in amplexus ſex hinc venere deorum:
Nam Aſteropen Marti concubuiſſe ferunt,
Neptuno Alcyonem, & te formoſa celæno,
Maiam, atq; Electram, Taygetemq; Ioui.
Septima mortali Merope tibi Siſyphe nupſit:
Pœnitet, & facti ſola pudore latet:
Siue quòd Electrę Troiæ ſpectare ruinas
Non tulit, ante oculos oppoſuitq; manus.

Curue ſuos. decima quæſtio, cur mare, licet altum ſit, & ad illud aſſidue flumina accedant, non tamen creſcat, fineſq; ſuos non excedat, idem Hor l. 1. ep. 12.

Quæ mare compeſcant cauſæ, quid tẽperet annum.

Ariſtoteles 2. Meteor: Quia, inquit, aquarum eſt is locus, & elementa ſuis in locis manẽt. Aqua rotunda ex guttis vt conſtat, ideoq; in ſe cogitur, & conglobatur. Acceſſu non creſcit fluuiorum, dicunt. alij, quia, quidquid influit, non in ſuum vertit, ſed ſtatim reddit occulto enim itinere ſubit terras. Alias rationes affert Lucretius lib. 6 ibi.

Nunc ratio reddũda, augmẽ cur neſcia æquor &c.

Altum dicitur mane, quia terra altius eſt. vnde Virg.

Bis denis Phrygium nauibus conſcendimus æquor.

Plenus &. vndecima quæſtio, quæ cauſa ſit anni pleni, qui quatuor partibus conſtat

veræ

veræ æſtate,autunno, hyeme. & ferunt eſſe acceſſum, & receſſum ſolis, ex quibus quatuor illæ partes tempeſtates, & horæ fiunt. *Sol enim*, vt ſcribit Plinius, *vices temporum, annumq; renaſcentem ex vſu natura temperat*. Cic. de Nat. Deorum. 2. *Inflectens autem ſol curſum tum ad ſeptentriones, tum ad meridiem æſtates, & hyemes efficit, & ea duo tempora, quorum alterum hyemi, alterum æſtati ho: eſt ver, & autunnum Ita ex quatuor temporum mutationibus omnium, quæ terra, mariq; gignuntur, initia, cauſaq; dicuntur*. Annus triplex eſt, lunaris dierum 30. Solſtitialis 12. mēſium, & magnus, qui tenet 12. millia quingentos, & 54 ſecundum Tullium in Hortenſio. Seruius aduerſum Virg.

Triginta magnos voluendis menſibus orbes.

Sub terris Quæſtio duodecima, ſint ne inferi, & quæ ibi eſſe finguntur. *ſub terris*. periphraſis inferorum, ſub terris enim locantur, vnde & nomen habent. nam, vt dicetur, multi negarunt eſſe.

Iura Deum. ſint ne dij inferos regentes hoc eſt Pluto, & Proſerpina per metonymiam adiuncti pro ſubiecto, vel peryphraſis Iudicum Minois, Aeaci, & Rhadamantis, qui iura defunctis dicere dicuntur. Vir. in 6.

Quæſitor Minos vrnam mouet.

Gnoſi⁹ hęc Rhadamãtus habet duriſſima regna,

Caſtigatq; auditq; dolos, ſubigitq; fateri.

Scribit Plato in Gorgia Iouem conſtituiſſe filios iudices apud inferos Minoem, Aeacum, & Rhadamãtum, ex quibus Rhadaman-

damantus Aſiaticos iudicat, Aeacus Europæos, Minos vero tanquam quæſitor præeſt.

Tormenta Gigantum: an ibi torqueantur Gigantes: Hi finguntur homines vaſtiſſimę ſtaturæ fuiſse à terra procreati in Deorum perniciem: qui cũ dijs in campis Phlegræis bellũ intuliſsent, partim Iouis fulmine, partim Apollinis, & Dianæ telis confoſſi cecidere, & in tartarum detruſi ad luendas ſuæ impietatis poenas fuerunt. Cic. de nat. Deor. 2. hæc dici, & credi ſtultiſſime affirmat. Macrobius l. 1. c. 20. Satur. ita explicat. *Gigantes quid aliud fuiſſe credendum eſt, quam hominum quandam impiam gentem, Deos negantem, & ideo exiſtimatam Deos pellere de celeſti ſede voluiſſe?*

Tiſiphones num ſint furiæ, quarum vna eſt Teſiphone à cedibus plectẽdis dicta, & armata colubris & manibꝰ, & capite fingitur *furit* ſęuit, vnde furiæ ſunt dictæ. *atro angue* Synecdoche numeri atris anguibus li. Ele. 3. lib. 1.

Teſiphone impexa feros pro crinibus angues.

Aut Alcmaonia. an aliæ etiam ſint furiæ Alcmæoniæ dictæ quia poetæ tradunt Alcmæona matricidam fuiſse perſecutas, ac diuexaſſe. Nam dicunt has impios nefarioſque homines facibus ardentibus agitare, & perterrefacere.

Aut ieiunia Hic nex traciæ, ſiue Teſſaliæ cum ex priore vxore filios ſurreptos hortatu alterius ſuper inductæ obcecaſset, ipſe à Dijs fuit obcæcatus, & Harpyæ contra eũ immiſtæ, quæ cibum, & menſam fœdarent,

& au-

& auferrent, vnde fame cruciatus fuit, & ieiunare coactus. itaq; quærit poeta, an apud inferos etiam ieiunet ſecutus eos, qui dixerunt ibi homines eas res exercere quæ viui exercuere.

Nam roſa. Quærit, num ſit Ixion, qui cũ Iunonẽ de ſtupro appellaſſet, Iupiter fulmine ad inferos eum detruſit, curauitq; vt roſæ allegatus perpetuo circumageretur. Ouid. 4. Met.

Voluitur Ixion, & ſe ſequiturq; fugitq;

Num ſcopuli. periphraſis Siſyphi, qui, vt fabulantur, ſaxum ingens in montis cuiuſdam verticem cogitur prouoluere; quod, cum ad ſummum penè extulerit, repente deorſum relabitur. Ouid. Met. 3.

Aut petis, aut vrges rediturum Siſyphe ſaxum.

Num ſitis: periphraſis Tantali: num ſitiat inter aquas. Hic cum filium ſuum Pelopem coctum Dijs appoſuiſſet comedendũ, vt eorum diuinitatem experiretur, ad inferos detruſus perpetua fame, & ſiti torquetur. de qua fabula vide Hor. Sat. 1.

Tantalus a labris ſitiens fugientia captat
Flumina &c.

Cic. tñ etiã Tantalo ſaxũ impẽdere tradidit in 1. de Fin. Accidit, inquit, etiã mors, quæ quaſi Saxũ Tantalo ſemper impendet.

Num tribus. Num ſit canis Cerberus triceps infernum cuſtodiens. Tibul.

Cerberus ore
Stridet, & aratas occubat ante fores

Et Titio. Hic nouẽ iugerũ magnitudine cum auſus fuiſſet vim Latonæ inferre tur-

D pem,

pem, fulmine Iouis ictus, & ad inferos auſus iecur perpetuo cum luna renaſcens, vt Hegino placet, ſerpēti credendum præbet, vt alijs vlneribus.

Ouid. 4. Metam.

Viſcera præbebat Tityus lanianda, nouemq;
Iugeribus diſtractus erat.

An ficta fabula. concluſio ſententiæ, quęram vera ne hęc ſint, quę de inferis tradun-tur; an ficta *in miſeras gentes*, quia miſerum eſt ſemper metu deorum vngi.

Et timor. ſenſit talia eſſe haud poſſe poſt mortem apud inferos. periphraſticè verò dixit per conſequentia pro antecedētibus, *vltra* quam rogus. Huius autem ſententiæ multos habuit ſectatores. Cæſar apud Sall. *Mortem*, inquit, *cuncta mortalium mala* diſſol uere: vltra neq; curæ, neq; gaudio locum eſſe. Plin. *Vni homini data ſuperſtitio, & cura poſt ſe de futuro.* Sen. lib. de conſ. *Quæ nobis inferos faciunt, terribilis fabula eſt. nullas imminere mortis tenebras, nec carcerem, nec flumina flagrantia igne, nec tribunalia, nec reos.* Cicero pro Cluentio falſa eſſe quæ de inferis traduntur, indubitanter affirmat. Lucretius lib. 3. *omnia*, inquit, *quæ poetæ prodiderunt eſſe apud inferos Tantali*, Tiıgi, *Siſyphi Danaidum pœna, Cerberus, Furiæ, Tartarus*, &c. *ſunt nobis in cura, noſq; viuos exercent, lacerant, exterrent, fodiant.* Et de his omnibus mire rationem reddit. locus eſt.

Atq; ea nimirum, quæcunq; Acheronte profundo
Prodita ſunt eſſe, in vita ſunt omnia nobis. &c.

D. Auguſtinus inferos eſſe non negat, vt pote

pote Eccleſiaſticus ſcriptor,ſed in qua mũdi parte ſint, hominem ſcirę neminem arbitratur.

Exitus hic vitæ. In his ſtudijs ætatẽ grauem conſumant.

Vos quibus. A ſuis ſtudijs ad apparatum Parthi belli,quem in hac Elegia precipue proſecutus eſt,reuertitur elegiam claudẽs eos cohortando ad arma, quibus Cerui res militaris magis eſt: vt Romam referant Craſſorũ ſigna, quæ illis Parthi ademerãt, & Auguſto poſtea reſtituerunt. De quibus Suet. in vita Auguſti c.21. Ouid. lib. 5 Faſtorum. Virg. 7. Aen. & alij.

Elegiæ VII. Ex Select. Propertij.

Argumentum.

Cum Poetas pecuniæ comparandæ gratia in Aegyptum nauigaret, & naufragio facto vndis obrutus fuiſſet, poeta hinc ſumpta occaſione Elegiam hanc in auaritiam,& ipſammet pecuniam conſcripſit. Hic fortaſſe eſt Arius Poetas, de quo extat Catulli epigramma: in quo idem Catullus ait in Syriam nauigantem in Ionio mari ſubmerſum. & poeti ab oculorum vitio fuerunt dicti,vt Strabones.

Elegia.

Ergo ſolicita tu cauſa pecunia vita es.
Per te immaturum mortis adimus iter.
Tu vitijs hominum crudelia pabula prabes.
Semina curarum de capite orta tuo.

Tu poetum ad Pharias tendentem lintea portus
Obruis inſano terq;, quaterq; mari.
Nam dum ſe ſequitur, primo miſer excidit æuo.
Et noua longinquis piſcibus eſca natat.
Flens tamē extremis dedit hæc mādata querelis
Cum moribunda niger clauderet ora liquor.
Di maris, Aegei quos ſunt penes æquora ponti,
Et quæcumq; me vno degrauat vnda caput:
Quo rapitis miſeros primæ lanuginis annos?
Attulimus longas in freta veſtra manus.
Ah miſer Alcyonum ſcopulis adfigar acutis,
In me cęruleo fuſcina ſumpta Deo eſt.
At ſaltem Italiæ regionibus aduehat æſtus.
Hoc de me, ſat erit, ſi modo meſſis erit.
Subtrahit hæc fantem torta vertigine fluctus:
Vltima quæ poeto noxq; dieſq; fuit.
Poete quod ætatem numeras? quid caſu natanti
Mater in ore tibi eſt? non habet vnda Deos.
Nam ſibi nocturnis ad ſaxa ligata procellis
Omnia detrito vincula fune cadunt.
Et mater non iuſta piæ dare debita terræ,
Nec pote cognatos inter humare rogos.
Sed tua nunc volucres adſtant ſuper oſſa marinæ:
Nunc tibi pro tumulo Carpathiū omne mare.
Infelix Aquilo raptæ timor Orethyiæ,
Quę ſpolia ex illo tanta fuere tibi?
Aut quidnam fractu gaudes, Neptune, carina?
Portabat ſanctos alueus ille viros.
O centum æquoreæ Nereo genitore puellæ,
Et tu materno tacta dolore Thetis.
Vos decuit laſſo ſupponere brachia mento.
Non poterat veſtras ille grauare manus.
Reddite corpus humo: poſitaq; in gurgite vita,
Pœtum ſponte tua vilis arena tegas.

Vi

Vt, quoties Pæti tranſibit nauta ſepulchrum,
Dicat: & audaci tu timor eſſe potes.
Ite rates curuæ, & lethi texite cauſam.
Iſta per humanas mors venit acta manus.
Terra parum fuerat fatis adiecimus vndas.
Fortunæ miſeras auximus arte vias.
Ancora te teneat, quem non tenuere penates.
Quid meritum dicas, cui ſua terra parum eſt?
Natura inſidians pontum ſubſtrauit auaris.
Vt ſibi ſuccedat, vix ſemel eſſe poteſt.
Ventorum eſt quodcũq; paras haud vlla carina
Conſenuit. fallit portus & ipſe fidem.
Sunt Agamemnonias teſtantia littora curas,
Quæ notat Argynni pœna natantis aquæ.
Hoc iuuene amiſſo claſſem non ſoluit Atrides.
Pro qua mactata eſt Iphigenia mora.
Saxa triumphales fregere Caphærea puppes,
Naufraga cum vaſto græcia tracta ſalo eſt.
Paulatim ſocium iacturam fleuit vliſſes.
In mare cui ſoliti non valuere doli.
Hunc paruo ferri vidit vox improba ligno.
Pœtus vt occideret tot coiere mala.
Non tulit huic pectus ſtridorem audire procellæ,
Et duro teneras lædere fune manus:
Sed thyia thalamo, aut oricia terebinthi
Effulto pluma verſicolore caput.
Huic fluctus viuo radicitus abſtulit vngues,
Et miſer inuiſam traxit hiatus aquam.
Quod ſi contentus patrio boue verteret agros,
Verbaq; duxiſſet pondus habere mea:
Viueret ante ſuos dulcis conuiua penates
Pauper, & in terra nil vbi flere poteſt.
At tu, ſæue Aquilo, nunquam mea vela videbis.
Ante fores dominæ condar oportet iners.

Artificium.

Hæc elegia, vt ait Scalyger, ob diuerſas tranſpoſitiones diſtichorum adeo obſcura erat, vt penitus ignoraretur. Nos igitur eiuſdem Scaligeri collocationem ſequemur. A narratione malorum à pecunia, & ab auaritia naſcentium exordium habet. Propoſitio foret; peſſima, malorumq; maximorum cauſa eſt auaritia.

Ergone ſollicita: poſſumus etiã dicere hãc eſſe narrationis propoſitionẽ: inquietam, anxiam, & miſeram vitam ab auaritia effici: & bene, quia nunquam expletur cupiditatis ſitis: ſed, vt inquit Iuuenalis:

Creſcit amor nummi, quãtum ipſa pecunia creſcit.

Itaq; creſcentem ſequitur cura pecuniã. Sentẽtia figurata eſt metonymia efficiẽtis cauſæ pro effecta ne, *pecunia* auaritia, quæ ex Tullio eſt opinatio vehemens de pecunia: proſopopeia, quod rem inanimatam alloquatur: particula inceptiua indignationi apta, & conqueſtioni. *ergone* vt in carmine Auguſti poema Virgilij vetantis aboleri.

Ergo ne ſupremis potuit vox improba verbis.
Tam dirum mandare nefas?

Per te: probatio ab adiunctis, ſiue ab effectis. nam mortales illi deditos ſæpe ad mortem acerbam, & immaturam ducit. *immaturam mortis adimus iter* hypallage eſt adimus mortẽ immaturam, *immaturam* ante naturale tempus moriẽdi. & metaphora eſt ab arborum fructibus. Cicero de ſenectute.

nectute, Quaſi poma ex arboribus,ſi cruda ſunt,vi auelluntur,ſi cocta, & matura decidunt: ſic vitam adoleſcentibus vis aufert,ſenibus maturitas. *mortis ad mus iter*. peryphraſis eſt verbi obire.

Tu vitijs. Non modo ſolicitudinum, & acerbæ mortis auaritia cauſa dicitur, ſed etiam vitiorum altrix. Cicero etiam hoc affirmat pro Roſcio,nempe ex luxuria auaritiam,& ex auaritia audaciam, inde omnia naſci ſcelera. Et Virg.

Quid non mortalia pectora cagis
Auri Sacra fames?

Tabula paſſus,nutriméta, metaphora ab animali ad non animal. ita *crudelia* crudeliter animum lacerantia, & crudelitatis cauſa; metonymia ab effectis pro cauſa. ita *crudele ferrum*.

Semina curarum. vt ſupra prebendum vitiorum auaritiam dixit, ita hic ſemen curarum. Nam ex eodem fonte in hominũ vitam manant curæ. *Semina* elementa,ſeminarium,pro initijs,& cauſis rerum tranſlationes ſunt. Cicero 2. Philip. vt in ſeminibus cauſa eſt arborum, ac ſtirpium: ſic huius luctuoſiſſimi belli ſemen tu fuiſti. *de tuo capite* metaphora, a te,tanquam ab origine,& ſtirpe.

Tu poetum. confirmatio malorum eſt, & præſertim immaturę mortis ab auaritia natæ à Poeti exemplo, qui pecuniæ deſiderio in mari perijt, poetice admodum rem, ac patheticè narrat.

Tu obruis: Fluctibus ſubmergis *poetum*

Artificium.

Hæc elegia, vt ait Scalyger, ob diuerſas tranſpoſitiones diſtichorum adeo obſcura erat, vt penitus ignoraretur. Nos igitur eiuſdem Scaligeri collocationem ſequemur. A narratione malorum à pecunia, & ab auaritia naſcentium exordium habet. Propoſitio foret; peſſima, malorumq; maximorum cauſa eſt auaritia.

Ergone ſollicita: poſſumus etiã dicere hãc eſſe narrationis propoſitionẽ: inquietam, anxiam, & miſeram vitam ab auaritia effici: & bene, quia nunquam expletur cupiditatis ſitis: ſed, vt inquit Iuuenalis:

Creſcit amor nummi, quãtum ipſa pecunia creſcit.

Itaq; creſcentem ſequitur cura pecuniã. Sentẽtia figurata eſt metonymia efficiẽtis cauſæ pro effecta ne, *pecunia* auaritia, quæ ex Tullio eſt opinatio vehemens de pecunia: proſopopeia, quod rem inanimatam alloquatur: particula inceptiua indignationi apta, & conqueſtioni. *ergone* vt in carmine Auguſti poema Virgilij vetantis aboleri.

Ergo ne ſupremis potuit vox improba verbis.
Tam dirum mandare nefas?

Per te: probatio ab adiunctis, ſiue ab effectis. nam mortales illi deditos ſæpe ad mortem acerbam, & immaturam ducit. *immaturam mortis adimus iter* hypallage eſt adimus mortẽ immaturam, *immaturam* ante naturale tempus moriẽdi. & metaphora eſt ab arborum fructibus. Cicero de ſenectute.

nectute, Quaſi poma ex arboribus,ſi cruda ſunt,vi auelluntur,ſi cocta, & matura decidunt: ſic vitam adoleſcentibus vis auſert,ſenibus maturitas. *mortis ad mus iter*. peryphraſis eſt verbi obire.

Tu vitijs. Non modo ſolicitudinum, & acerbæ mortis auaritia cauſa dicitur, ſed etiam vitiorum altrix. Cicero etiam hoc affirmat pro Roſcio, nempe ex luxuria auaritiam,& ex auaritia audaciam, inde omnia naſci ſcelera. Et Virg.

Quid non mortalia pectora cagis
Auri Sacra fames?

Tabula paſſus,nutriméta, metaphora ab animali ad non animal. ita *crudelia* crudeliter animum lacerantia, & crudelitatis cauſa; metonymia ab effectis pro cauſa. ita *crudele ferrum*.

Semina curarum. vt ſupra prebendum vitiorum auaritiam dixit, ita hic ſemen curarum. Nam ex eodem fonte in hominũ vitam manant curæ. *Semina* elementa,ſeminarium,pro initijs,& cauſis rerum tranſlationes ſunt. Cicero 2. Philip. vt in ſeminibus cauſa eſt arborum, ac ſtirpium: ſic huius luctuoſiſſimi belli ſemen tu fuiſti. *de tuo capite* metaphora, a te,tanquam ab origine,& ſtirpe.

Tu poetum. confirmatio malorum eſt, & præſertim immaturę mortis ab auaritia natæ à Poeti exemplo, qui pecuniæ deſiderio in mari perijt, poetice admodum rem, ac patheticè narrat.

Tu obruis: Fluctibus ſubmergis *poetum*

tendentem Eritea, explicantem ventis vela, a quibus ventis tenduntur, cum implentur. Virg. *Tendunt vela noti*: & eſt periphraſis nauigationis, metonymice poſito antecedente pro ſequenti: *ad portus pharios*. ad pharum inſulam, in Aegyptum, Alexandriam *ter quaterq*; Synecdoche numeri certi pro incerto: Virg. *ter, quaterq; beati*: ſi cum verbo obruis iungetur, Virgilium incitatus erit.

Aſt illum ter fluctus ibidem torquet.

Si cum mari inſano, quòd magis placet, ſuo furentiſſimo, ac ſæuiſſimo poſitũ erit, & metaphora erit *inſano* pro furenti. vt apud Ouid. in Epiſt. Didus ad Aen.

Quid ſi neſcires, inſana quid æquora poſſent?

Nam dum. Cic. dixit *ſequi lucrum, & quæſtum*. *Miſer* vel auarus, qui miſer eſt, vel quia acerba, immaturaq; morte abſumptus, vel quia naufragio: quod ex Ouid. *Genus eſt miſerabile leti*. *Excidit* e naui in mare, & perijt: vel *excidit æuo primo*. perijt prima ætate, pubertatis tempore, & dicendum eſt poetam ſecutum eos fuiſſe, qui tantum tres faciunt hominis ætates adoleſcentiam, virilitatem, & ſenectutem.

Et nouæ: impetu fluctuum fertur in longinquas oras, & a domo ſua remotas. *noua eſca*: nouus cibus nuper moriens; vel iucundus, magiſque gratus, quia recens translate plautus eſca eſt vſus in Aſin. Eſca eſt meretrix, amatores aues.

Flens tamen Licet fleret poetus moriens: tamen hæc mandauit, nouiſſimaque verba

pro-

procuſſit. *extremis quereli* s. vltimis quæſtibus; quia obrutus deinde fuit. Morientium mos eſt mandata dare. Ouidius 5. Faſt.

Atq; al'quis moriens hoc breue mandat opus.

Virg. Ecl. 5. *Mandat fieri ſibi talia Daphnis.*

Cum moribunda. Dum obrueretur fluctibus. *Siquar niger.* Synecdoche generis pro ſpecie: aqua maris nigra, quæ tunc nigra videbatur nimbis ſplendorem ſolis obſcurantibus. Vnde ſeruius in verſ. Aeneid. 8.

Hæc inter tumidi late maris ibit imago.

Auret. *Non eſt*, inquit, *contrarium, quid & cæruleam, & auream, & argenteam mariseſſe dicit imaginem, quam ſcimus prouentorum qualitate mutari, & colores reddere.* Plin. etiam ait; *non eſt maris certus color, ſed pro ventorum qualitate mutantur.* Hor. O 5. l. 1. dixit, *Aſpera nigris æquora ventis.* Virgil. in 5. Aeneid. *Fluctuſq; atros Aquilone ſecabat. Moribunda ora.* morti proxima, morientia. Virgil.

Fulua moribundum extendit arena.

Di Maris. Pulchra morientis iuuenis imitatio, & plena commiſerationis oratio. Queritur, quòd a Dijs Marinis ea ætate ad interitum rapiatur. Rogat, ſi vitam impetrare nequeat, vt ſaltem ad Italicum litus deferatur, & cadauer ſuum in manus matris ſuæ deueniat, vt ſepulturæ mandetur.

Di Maris Ad Deos maris apoſtrophe eſt: qui cũ varij ſint Neptunus Thetis, Nereus, Amphinite, Triton, Phorcus, Nereides, & Salatia; hic eos inuocat præſertim, quos Aegeo mari præeſſe putat, in quo mergebatur, quaſi alijs aquis alij præſint. *Aequora ponti Aegei*. Mare Aegeum ab Aegeo Thetei patre denominatum. mare æquor dicitur ab æqualitate, & planicie. Virg. 1. Geor. Et æquora ponti.

Degrauat. ponderoſum reddit, ac deprimit. Liuius: *etiam peritos nandi laſſitudo, & vulnera, & pauor degrauant*.

Quo rapitis: in profundum ne, an in loca ignota, & inuiſa: *annos primæ lanuginis*: me iuuenem miſerum, quod moriar in hac ætate: metonymia adiuncti eſt pro ſubiecto. *prima lanuginis*: periphraſis pubertatis, & incipientis pilos emittere. Macrob. de ſomno Scipionis de barbæ initio. hic Pathos eſt ab infelici ætate, cum alijs felix illa eſſe ſoleat. *longas manus*: vel formoſas intellige, vt Eleg. 2. lib. 2. *Fulua coma eſt, longaq; manus*: vel cum Scal. non periurio aſtractas, & debilitatas. putabant enim penitos membro aliquo debiles, manus, mutiloſq; fieri. & ita innocentem ſe periſſe oſtendit, vt maior ſit commiſeratio.

Ah miſer. commiſerationis amplificatio à modo, & loco, vbi exanguis iacebat.

Affligar ſcopulis: impingar in ſcopulos acutos, vbi Alciones aues nidificant, ibiq; hærebo infixus. alij tamen aſſerunt aues illas in ipſo mari nidificare quibuſdã die-

bus,

bus, quibus mare tranquillum eſt. Fabulam horam auium refert Ouid. lib. 11. Metam.

Perq; dies placidos hyberno tempore ſeptem
Incubat Alcione pendentibus æquore nidis.
Tum via tuta maris: ventos cuſtodit, & arcet
Aeolus egreſſu, præſtatq; nepotibus æquor.

In me: Neptunus fuſcinam, id eſt videntem ſumpſit, vt in me ſæuiat. *Deo cæruleo*: à deo cęruleo, ita à colore dicto, & eſt periphraſis Neptuni.

At ſaltem: Salutem deſperans, ſaltem ſepulturam in patria petit, modumq; explicat. cadauer meum eijciatur, & euehatur æſta, id eſt feruore maris, tempeſtate, & fluctuum reciprocatione ad oras Italicas. *regionibus* ad regiones Enallage caſus eſt.

Hoc de me. ſenſus eſt: ſatis mihi erit, ſi modo hoc de me, id eſt cadauer meũ Matris meæ erit, in manus matris venerit, vt ſepulturæ mandetur.

Suſtulit hæc: Dum talibus verbis deos maris alloquebatur, fluctuum vertigo, id eſt vertex ex oculis raptim aufert, & ſubducit, & vndis abſortus eſt.

Vltima: periphraſis mortis eſt. Virg. *Venit ſumma dies*: alij legunt, *voxq; dieſq; fuit*: quæ lectio melior eſt, & ſententia eſt, vno, eodemq; tempore vocem, & vitam amiſit.

Poetæ quid: Poeta commiſſeratione motus ad Poetũm apoſtrophem faciens dolet eum fruſtra queſtum fuiſſe, quod parũ vixerit, & matrẽ in eo diſcrimine incaſſum appellauerit. ratio eſt, quia maris nulli ſint Dei. irati enim Deos eſſe non raro ne-

gant, vel curare mortalia. *Numeras ætatem* annos ætatis ſynecdoche totius pro partibus.

Nam tibi. ratio irritæ petitionis Poeti: quia nec ſeruatus in vita eſt: ſed naufragio periјt: nec corpus ſuum ad Italiam delatum eſt. poeticè expreſſa eſt ſententia, poſitis antecedentibus pro conſequentibus. *Nam omnia vincula* videlicet nauis, *ligata ad ſaxa*: ad ſcopulos in medio mari, *cadunt tibi* in perniciem ſuam: *detrito ſunt*: ob detritos, ac ruptos rudentes: *procellis nocturnis*: tempeſtatibus noctu ſæuientibus: alij *tibi* cum ligata iungunt per enallagem pro à te.

Nec mater. non pote, ſupple fuit, id eſt non potuit, *perſoluere iuſta funeri*: exequias, & inferius. Quia fieri non poſſunt ſine aliquo mortui membro. Feſtus in membrum. *Nec pote*: nec potis, vt etiam fortaſſe, fortaſſis, mage magis.

Piæ terra: pio ſepulchro metonymia cōtinentis pro re contenta: quòd piorum oſſa, vel cineres contegat. vel ex paſſeratio eſt hypallage, pro pia mater.

Humare inter cognatos rogos: ſepelire in gentilitio ſepulchro, quod à Iuris peritis familiare, & hæreditarium dicitur plebis. *rogos* pro cineribus, & oſſibus ſynecdoche eſt totius pro parte, vel metonymia continentis pro re contenta.

Sed tua: ſenſus eſt, ſed inhumatus, & volucrū cibꝰ tuūq; ſepulchrū totū carpatiū mare eſt. per volucres marinas intelligunt, vel

oſſi-

oſſifragas Aquilas, de quibus agit Plin. l. 10. c. 3. & l. 30. c. 7. vel Mergos. Ouid. in Epiſt. Ariadnæ.

Oſſa ſuperſtabũt volucres inhumata marinæ.

Carpatium mare dictum eſt à Carpato inſula, quæ e regione Aegypti eſt inter Rhodanum, & Cretam.

Infelix Aquilo. A poeto ad vẽtum Aquilonem per apoſtrophem ſermonem vertit, illumq; incuſat tanquam illius naufragij machinatorem. Quẽ ètiã timorẽ Orithiæ appellat; quia, cum ab Aquilone raperetur, vim eius maxime extimuit. nam poſtea aſſueuit eius vxor facta, atq; ex eo Zetem, & Calaim filios peperit. *infelix*: metonymia, infelices nauigantes naufragio faciens, vel ſæue, ſcelerate.

Quæ ſpolia. conqueſtio cum irriſione: cũ nullam laudem, ſed dedecus potius ex oppreſſione adoleſcentis retuliſſe eum dicat. vt apud Virg.

Egregiã vero laudem, & ſpolia ampla tuliſtis
Tuq; puerq; tuus, magnũ, & memorabile no-
Vna dolo diuũ ſi fœmina victa duorũ eſt. (mẽ,

Quæ ſpolia: quæ laus, qui honos, metonymia cauſæ pro effectu.

Aut quidnam. Eadẽ conqueſtio de Neptuno, qui nihil emolumẽti accepit, aut gloriæ; ſed potius immanis nomẽ ex eo naufragio: qui Santorũ, id eſt piorũ virorũ, & innocentiũ rationem nõ habuerit, qui vehebantur vnà cum Poeto eo alueo, illa naui, quam ille fregit, cui parcere debuerat. Alueus pro naui paſſim reperitur

per

per ſynecdochen, propriè enim ſignificat lintrem,ſiue nauiam,& eſt lignum cauatũ, quo in vendemia vti ſolent.ſupra carinam appellauit.

O ventum. nullum locum conqueſtionis omiſit: à Borea,& Neptuno ad Maris Nymphas, quæ Nereides dicuntur, quòd Nerei dei maris,& Doridis filię eſſent,quęq; pluximæ fuerunt, orationem cõuertit. Dicitq; eas debuiſſe nantē poetã ſubleuare ſubiectis eius mento manibus. Ouid.de poteſt. lib. 2. Eleg. 3.

Mitius eſt laſſo ſupponere brachia mento,
Mergere quam liquidis ora natantis aquis.

At tu. Ad Thetim præſertim vnum Nereidum ſermonem direxit. quia hæc filium Achillem à paride interemptum luxit: & lamẽtando, vt Plautus inquit, leſſum fecit Filio. Ouid. in Epic. Tibulli.

Memnona ſi mater, mater plorauit Achillem,
Et tangunt magnas tu ſtia fata Deas.

Ideo dixit, *materno tacta dolore*: *merito laſſo* Poeti. & mentum tam brutorum,quã hominum eſt, contra Plin. qui hominum tantũ eſſe voluit. nam Virg. bubus,& hyrquis tribuit.

Non poterat. vel quòd tener,leuiſq; eſſet, quod ipſæ Deæ habitæ eſſent.

Reddite: eaſdem rogat, vt ſaltem poeti corpus exangue ſepeliant, vel ad litus eijciant,vt arena ipſa ſua ſponte id efficiat. *Reddite humo*. Cic. Tuſ. 3. reddenda terra terræ. alij leg unt, *Reddat corpus hyemas* id eſt tempeſtas. *in gurgite*. tapinoſis in mari.

vitis

vitũ arma, vel ob copiã, vel metonymicè, quòd vile ſepulchrum præbeat. *poetum poſita vita in giurgite*. poetum in mari mortuũ.

Vt quoties: ratio, cur in arena ſepeliri velit: vt iuxta nauigans etiam audax à nauigatione exemplo Poeti deterreatur.

Ite rates. duplex lectio, prior ex Lypſio, *Ite rates curua, & leti*: & ita erit apoſtrophe ad naues, & proſopopeia, vt etiam Eleg. 4. huius libri.

I te agite experte bello dare lintea prora.

Et ita hiulcus erit verſus: vt illæ Eleg. 9. eiuſdem lib.

Hęc curent pueri, hęc curant ſcripta puellę.

Sunt exempla apud Virg. in quibus ſequenti vocali vocalis non colliditur, ſed ſuam etiam retinet lõgitudinem, vt in his duobus Prop. breues etiam vocales ratione cæſuræ longæ remanent. erithreus.

Alia lectio eſt Paſſeratij. *Iterates curuas, & leti*. vt neminem certum hic alloquatur poeta. & erit amata conceſſio, in qua inſultatio, eſt, & reprehenſio. ſed ſuperior magis placet. vt execratio in naues ſit, quæ cauſa fuerunt, vt vnus gradus mortis prioribus fatis adderetur: vnde dixit, *iſta mors*, quæ naufragio contingit, *coacta*, impulſa, ad acta, *per humanas manus*. fabrorum arte, & manibus.

Terra parum. Senſus eſt, licet tot eſſent in terra fatorum, id eſt mortis viæ, & rationes, veluti incendia fanocinia, bella, ſupplicia, morbi, tamen *adiecimus* etiã *vndas fatis*. id eſt mortis genus in mari. quod

non

non fuiſſet, niſi nauigatio inuenta non eſſet,& ita auximus arte vias miſeras fortunæ, miſeras ab effectu, miſeros efficiétes, & aerem hæc habent reprehenſionem eorum, qui nauigandi rationem inuenerunt, qui fortunæ vires auxerunt, & nouas illi vias inuenerunt ad mortales agitandos. Idē fecit Hor. od. 3. l. 1. quā artificio declarauimus.

Ancora te teneat; dilogia, ideſt ambigua dictio eſt. *teneat* vel firmet ſuam nauim aduerſus tempeſtates, teq; inuitum moretur, vel quem *penates* id eſt domus, cōiux, liberi, ſoli natalis amor nō tenuere, hoc eſt dulcedine ſui non oblectauere: vnde ſequitur.

§ *Quid meritum*, id eſt, non quouis malo dignum, putes eum, qui terra non contentus eſt, hoc eſt natali ſolo.

Natura: Naturam dicit auaros inuitaſſe ad nauigandum, vt illis inſidiaretur, ſubſternendo mare, hoc eſt æquale, & trāquillum illud reddēdo: itaq; ſequitur: *vt ſibi ſuccedat*: id eſt vix poteſt ſibi ſemel ſuccedere. Vnde apophtegma illud eius, qui bonorum iacturam fecerat, & in litore placidum mare ſpectabat: Tu, inquit, iterum merces poſtulas, ſed altum tibi quærito.

Natura ex platone, eſt Dei voluntas. a quo Deo ſecundum D. Auguſtinum tanquā bono ſola bona fieri ſolent Euſebius, *ſi alicubi* ſcriptum eſt mala diuinitus dari, Deus non ad detrimentum eorum, qui patiūtur; ſed ad commodum mortalium mittit: ſicut medicus ad ſalutem laborantium cura nōnunquam vtatur amara, doloriſq; plena.

Ventorum eſt ratio eſt,quia vẽtis debetur, eorumq;eſt,quodcũq;mari cõmittitur, ſiue nauis,ſiue vela, ſiue merces, ſiue homines. Nã ex Iuriſperitis de verborũ ſignificatione imperium maris pęnes eſt ventos.

Haud vlla probatio eſt, quia nulla nauis ſenio cõfecta quieuit,ſed naufragio perijt. *Fallit prorſus* in ipſo portu fit naufragiũ: in pronomine *ipſe* eſt energia, ſi in ipſo portu naues pereunt, ac ventis ſubiacent, quanto magis in alto apud Virg. Tarchon in litore naufragium fecit.

Sunt Agamemnonis: Probatio ſuperioris propoſitionis per exempla eorum,qui in aquis perierunt. Argynus puer delitiæ Agamemnonis dũ natat in Cethiſo amne Boetiæ vndis abſortus perijt:cuius facti auctores Scaliger citat Stephanum, & Athenæũ lib. 13. & ita verba ordinat *Sunt litora teſtantia curas Agamemnonias*: hoc eſt ſolicitos amores: *quæ* litora *aqua pœna parantis Argyni notat*:id eſt infamia reddit ornatus poetici ſunt,proſopopeia,dum a rebus mutis teſtimonium ſumit:cathacreſis, *litora* ripa Cethyſi amnis, in quo ſũmerſus ille puer fuit, litus .n. de mari proprie dicitur: metaphora,*curas* amores; metonymia effectus,*ſolicitus* quæ ſolicitos amantes efficiunt:appoſitio *aqua pœna*.alia metaphora a ſignis in pecoribus,*notat* infamat. Turnebus in l. 26. c. 33. Aduerſariorum ſecus legit,ac verba diſponit. & alij aliter, ſed nos Scaligerum ſequimur.

Hoc iuuene. Argyno adẽpto: Atrides Agamemnon

Atrei

Atrei filius,& Menelai frater, ac dux vniuerſi exercitus in expeditione,quam Græci ob Helenæ raptum aduerſus Troianos ſuſceperunt: qui cum in Aulide Claſſem haberet,amiſſo hoc adoleſcente, ibi diutius cum claſſe commoratus fuit illum quærens adoleſcentem. *Non ſoluit claſſem*. non nauigauit,periphraſis nauigandi per locum ab antecedentibus. qui enim è portu in altum prouehi velit, religatam claſſem ſoluit. & hęc vera cauſa fuit morandi,& non aduerſi venti ob iram Dianę,vt cauſabatur Agamemnon. *Pro qua mora* pro quo ſpatio temporis, quod fruſtra tenebatur in Aulide, *mactata eſt Iphigenia* Agamemnonis filia ſacrificata eſt. Quod, & Virg. cecinit.

Sanguine placaſtis ventos,& virgine caſa.

Mactare magis augere ſignificat: & quia in ſacrificijs thus, & vinum ſuper victimã fundebatur,& ita cumulabatur,magiſq; augebatur victima,hinc factũ eſt, vt mactare pro ſacrificare acceptum fuerit. vt apud Virg mactant lectes de more videntes.vbi videatur Seruius. Alij aſſerunt non Iphigeniam mactatam fuiſſe, verũ facta victimæ mutatione Ceruam pro ea, illam vero trãslatam in Tauricam, & illic Dianæ Sacerdotem factam.

Saxa triumphales. exemplum Vlyſſis ſequitur. Quod poſt bellum Troianum ſecutum fuit, vt ſuperius ante. Vliſſes cum Claſſe ſua victrice rediens in Græciam naufragium fecit in Caphateo Eboiæ promontorio:

torio : vnde & Maro : *Euboica cautes, vtroq;* *Caphareus* . quo quidem exemplo oſtenditur, quantis periculis ſint obnoxij nauigātes, quæ pericula effugere non potuit Vliſſes ille mortalium calidiſſimus, cum doli in vndis nihil prodeſſe poſſint . Poetice vero dixit *Saxa Capharea,* cautes Euboicæ: *Fregere puppes triumphales:* Claſſem victricem, poſito eo, quod ſequitur pro præcedēte : Ouid. *triumphales lauros* dixit, & Tibullus *victories*. *Graecia* Superbole, & metonymia, id eſt Græci ipſi prope omnes : *naufraga* Pathos : *tracta* diſtracta, diſiecta, aphereſis . *vaſto ſalo* immenſo, ſæuoq; mari .

Fleuit iacturam ſocium paulatim . Fleuit ſocios paulatim, & quaſi gradatim amiſsos, quia alios ſocios alijs temporibus, & locis amiſit . cuius honores narrat Homerus, & Tibullus in panegyrico ad Meſsallam, quē habes in artificio in Opuſc. noſtro de Epigrammate . *Socium* ſincopa, ſociorum.

In mare, id eſt cui aſsuetæ artes, & fraudes nihil profuere cōtra mare, quia ſocios liberare nequiuit à naufragio . Muretus legit *ſolum* in hac ſententia, vbiq; doli viſſi profuere, præterquam in mari ; alij legunt *ſoli* lypſius *ſoliti* quam lectionem ſequor .

Hunc paruo : comparatio Vliſſis naufragij cum iſto Poeti ex Scal. Hunc, inquit, Vliſsē nox improba vidit ferri paruo fragmento, quo tandem incolumis in Phæciā appulit . At contra infelix Poetus tot malis obrutus non potuit enatare . Dicunt poetæ in eo naufragio Vliſſis Leucotem

nym-

nympham maris eius miſertam tabulam ei ſuppeditaſſe, quam tabulam paruum lignum hic vocat poeta. *nox improba* metonymia in qua improba committuntur ob commoditatem celandi.

Poetus ut. poetus non potuit euadere, quia tot mala, hoc eſt tenebræ, procellæ, fulgura, ſcopuli, montes vndarum, *coire* in vnū conuenerunt, & conſpirauerunt in perniciem poeti. Neq; diuinum habuit auxilium, vt Vliſſes, itaq; mori coactus fuit.

Non tulit. Altera collatio Vliſſis cū Poeto. Nō, inquit, ſuſtinuit Vliſſes audire ſtridorē procellæ, niſi tenēs caput fultū puluillo: at cōtra Poetus prorſus ſummerſus eſt. *ſtridorem procellæ*. Sibilū auſtri. Virg. *ſtridēs Aquilone procella*: *Duro fune* aſpero rudente. *Lædere* corrūpere: nam ſolent, & vectores, id eſt qui naui vehuntur, arma nautica pertractare. Iuuen. 5. 6. *Et duros gaudet tractare rudentes*.

Sed Thyia Thalamo. ordo, & ſenſus verbo-rū eſt, ſed eius caput tulit audire ſtridorem procellæ Thalamo pro in talamo id eſt cubili, & lecto thyiæ, hoc eſt ex Thiæ arboris odorate ligno cōſtructo, & terebindi Oriciæ, ex Terebintho oricia, quæ apud Oricū opidū Epeiri naſcitur copioſa: effulto in quā thalamo pluma verſi colore, picta varijs coloribus, qualis cygnea, aut perdicis, quæ melior eſt & *plura verſi colore*: periphraſis eſt ceruicalis forti mollioribus plumis, quod delicati hominis eſt. Hinc ait Iampridius, Heliogabalum ſolitum fuiſſe in ac-

cubitis

cubitus habere pilum leporinum, aut plumas perditũ ſubalares. De thyia videatur Plin.& de terebintho,quæ eximij,nigerrimiq; ſplendoris eſt,& fidelis ad vetuſtatẽ. alij legũt effultum,vel effultes caput græca phraſi pluma,id eſt cui⁹ caput in pluma reclinatũ eſt,in thalamo thyiæ,& labi rinthi. Scaliger inuidioſe hęc dici a poeta,cũ nihil tale de vliſſe legatur apud Homerũ.

Huic fluctus. altera pars collationis à loco contrariorũ. contra vero *fluctus* vis tẽpeſtatis *abſtulit radicitus* ademit penitus *vngues Poeto viuo* ideo ſentienti. Nam verum eſt, vt inquit Scaliger, naufragis vngues à cute recedere,& extremitates tabeſcere. vel dicemus cũ alijs hic ſignificari tabulã tenenti firmiter, cui inhæſerat, vngues fuiſſe ablatos. Nam naufragi ea firmiſſime tenent,quæ ſemel arripuere.

Et hiatus miſer apertio oris, *traxit aquam in vitam* hic ſunt metonymiæ effectus,*miſer hiatus* miſerum efficiens,inuitam quam inuitus hauſit. & eſt hypotipoſis naufragio pereuntis, quæ commiſerationem commouet. Paſſeratius legit:

Et miſeri vitam traxit hiatus aquæ.

Quod ſi contentus. Si Poetus,inquit,mihi obtemperaſſet, modo cõtentus viueret paternis bonis in terra,qui mortuus eſt in vndis. ſententiã poeticã fecit varijs tropis, metonymia adiuncti pro ſubiecto, *boue patrio*; fundo à parentibus ſibi hereditate relicto,qui bobus aratur. periphraſi arandi, *verteret agros* anphipologia, *boue* vel contẽtus,vel araret,cũ vtroq; enim iungi poteſt.

ſynecdoche numeri *boue* pro bobus . *ſuo* proprio, non conducto . ita Horat. *Paterna rura bobus exercet ſuis* : contra Virg. *Conductaq; pater tellure ſerebat* .

Verbaq; ſi exiſtimaſset *verba mea* monita mea ſynecdoche partis pro toto, *habere pondus* : fide digna, metaphora. Cic. Ep. 4. l. 15. Fam. Verborum Catonis tanta eſse põdera.

Viueret, qui mortuus eſt, *ante pœnates* ante focum pœnatibus ſacrum, & metonymia eſt ſubiecti pro adiuncto . Romani ſolebant hyberno tempore ante focum cęnare, æſtiuo uero tempore in propatulo, & in umbra . Virg. Ecl. 5.

Et multo in primis hilarans conuiuia Baccho,
Ante forum, ſi frigus erit, ſi meſſis, in umbra.

Nonius, *Ante focũm hyeme, ac frigoribus canitabant , æſtiuo tempore in propatulo . Dulcis conuiua* : ſuauis, & hilaris. nam conuiuia decet hilaritas, & ſuauitas . vel *dulcis*, dulcibus epulis veſcens metonymice . *Pauper* quia agricola, & rem mercatoris non quærens . *Et in terra* : placet, vt legatur *at in terra* cum veteribus codicibus . ita enim erit compenſatio ; pauper quidẽ : *at in terra*, ſed in tuto, & ſine fletu, vt Beroaldus exponit . *vbi* in qua terra, *poteſt*, poſſet enallage temporis, & modi : *nil flere* non flere lyptore, lætus eſſe. Et ſignificat ob pecuniæ deſideriũ, & auaritiam mortuum eſſe, & ita reuertitur ad auaritiæ vituperationẽ poſt longum epiſodium de interitu Poeti .

At tu . Claudit Elegiam per apoſtrophẽ

ad

ad Aquilonem ventum: quia docet ſe non eſſe vnquam nauigaturum, ac optat ſe ſepeliri ante ianuam Cynthiæ. ornate dixit ſe non nauigaturum, per metonymiam antecedentis pro conſequenti, *nunquam mea vela videbis*. quot modis hæc ſententia explicari poſſit, diximus in Rhetore lib. 3. cap. 36. de verborum, & ſententiarum copia; & in ſyntagmate de lyrico poemate cap. 11.

Ante fores. ratio, cur non ſit eum viſurus Aquilo. quia, inquit, hoc meum fatum eſt, vt *condar* humer, & ſepeliar, *iners* ſine nauigatione, nam proprie iners non nauigantem ſignificat, vt etiam ignauus, contra nauus. vel *iners* amans antonomaſtice, quia amor eſt inertia, & nequitia.

Elegiæ IIX. Ex Selectis Propertij

Argumentum.

Mæcenas propertium hortabatur, vt heroica poemata cõſcriberet, materiaſq; graues ſubiret. Reſpondet poeta per hanc Elegiam illud non eſſe onus ſuarum viriũ, probatq; non omnia omnibus conuenire: inſuper ſe velle Mæcenatis modeſtiam imitari, qui immodica non appetebat. tamen poſtremo pollicetur eo auſpice, & impulſore ſpiritus fortiores ſe ſumpturũ, & grãdia argumenta heroico carmine ſcripturum.

Elegia.

MAecenas Eques Etruſco de ſanguine regum,
Intra fortunam qui cupis eſſe tuam:
Quid me ſcribendi tam vaſtum mittis in æquor?
Non ſunt apta mea grandia vela rati.
Turpe eſt, quod nequeas capiti committere pōdus,
Et preſſum inflexo mox dare terga genu.
Omnia non pariter rerum ſunt omnibus apta,
Fama nec ex æquo ducitur vna iugo.
Gloria Lyſippo eſt, animoſa effingere ſigna:
Exactis Calamis ſe mihi iactat equis.
In Veneris tabula ſummam ſibi ponit Apelles:
Parrhaſius parua vindicat arte locum
Argumenta magis ſunt Mentoris addita formæ:
At Myos exiguum flectit acanthus iter.
Phidiacus ſigno ſe Iuppiter ornat eburno:
Praxitelem Parius vindicat arte lapis.
Sunt, quibus Elea concurrit palma quadrigæ:
Sunt, quibus in celeres gloria nata pedes.
Hic ſatus ad pacem, hic caſtrenſibus vtilis armis.
Naturæ ſequitur ſemina quiſq; ſua.
At tua, Mæcenas, vitæ præcepta recepi.
Cogor & exemplis te ſuperare tuis.
Cum tibi Romano dominas in honore ſecures,
Et liceat medio ponere iura foro.
Vel tibi Medorum pugnaces ire per hoſtes.
Atq; onerare ſuam fixa per arma domum:
Et tibi ad effectum vires det Cæſar, & omni
Tempore tam faciles inſinuentur opes:
Parcis, & in tenues humilem te colligis vmbras.
Velorum plenos ſubtrahis ipſe ſinus.
Crede mihi: magnos æquabunt iſta Camillos

Iudicia,

Iudicia, & viries tu quoq; in ora virùm :
Cæſaris & famæ veſtigia iuncta tenebris.
Mæcenatis erunt vera trophæa fides.
Non ego veliſera tumidum mare ſindo carina
Tuta ſub exiguo flumine noſtra mora eſt.
Non flebo in cineres arcem ſi diſſe paternos.
Cadmi, nec ſemper prælia clade pari :
Nec referam Sceas, & pergama Apollinis arces ,
Et Danaum decimo vere rediſſe rates.
Mœnia cum Graio Neptunia præſſit aratro
Victor palladia ligneus artis Equus,
Inter Callimachi ſat erit placuiſſe libellos ,
Et ceciniſſe modis pure poeta ſuis.
Hæc curent pueri, hæc curent ſcripta puellæ.
Meq; deum clament, & mihi ſacra ferant.
Te duce vel Iouis arma canam, celoq; minãtem
Cæum, & Phlegræis Oromedunta iugis :
Celſaq; Romanis decerpta palatia tauris
Ordiar, & cæſo mœnia firma Remo,
Eductoſque pares ſilueſtri ex vbere reges :
Creſcet, & ingenium ſub tua iuſſa meum.
Proſequar , & currus vtroq; ab littore ouantes
Parthorum, aſtuta tela remiſſa fuga.
Caſtraq; Pelusi Romano ſubruta ferro ,
Antonique graues in ſua fata manus.
Mollis tu captæ fautor cape lora iuuentæ ,
Dexteraq; immiſſis da mihi ſigna toris.
Hoc mihi Mœcenas laudis concedis, ætate eſt,
Quòd ferar in partes ipſe fuiſſe tuas.

Artificium.

Erudita, valdeq; poetica eſt hęc Elegia. in exordiolũ, quod primo abſoluitur diſticho, & narrationẽ diuiditur. Ex narrationis ĩitio facilè educitur ꝓpoſitio. Cũ.n. ſibi Mę-

Elegia.

MAecenas Eques Etruſco de ſanguine regum,
Intra fortunam qui cupis eſſe tuam:
Quid me ſcribendi tam vaſtum mittis in æquor?
Non ſunt apta meæ grandia vela rati.
Turpe eſt, quod nequeas capiti committere põdus,
Et preſſum inflexo mox dare terga genu.
Omnia non pariter rerum ſunt omnibus apta,
Fama nec ex æquo ducitur vna iugo.
Gloria Lyſippo eſt, animoſa effingere ſigna:
Exactis Calamis ſe mihi iactat equis.
In Veneris tabula ſummam ſibi ponit Apelles:
Parrhaſius parua vindicat arte locum.
Argumenta magis ſunt Mentoris addita formæ:
At Myos exiguum flectit acanthus iter.
Phidiacus ſigno ſe Iuppiter ornat eburno:
Praxitelem Parius vindicat arte lapis.
Sunt, quibus Elea concurrit palma quadrigæ:
Sunt, quibus in celeres gloria nata pedes.
Hic ſatus ad pacem, hic caſtrenſibus vtilis armis.
Naturæ ſequitur ſemina quæq; ſua.
At tua, Mæcenas, vitæ præcepta recepi.
Cogor & exemplis te ſuperare tuis.
Cum tibi Romano dominas in honore ſecures,
Et liceat medio ponere iura foro.
Vel tibi Medorum pugnaces ire per hoſtes.
Atq; onerare ſuam fixa per arma domum.
Et tibi ad effectum vires det Cæſar, & omni
Tempore tam faciles inſinuentur opes:
Parcis, & in tenues humilem te colligis vmbras.
Velorum plenos ſubtrahis ipſe ſinus.
Crede mihi: magnos æquabunt iſta Camillos
Iudicia,

Iudicia,& viries tu quoq; in ora virùm:
Cæſaris & famæ veſtigia iuncta tenebris.
Mæcenatis erunt vera trophæa fides.
Non ego velifera tumidum mare findo carina
Tuta ſub exiguo flumine noſtra mora eſt.
Non flebo in cineres arcem ſi diſſe paternos.
Cadmi, nec ſemper prælia clade pari:
Nec referam Scæas, & pergama Apollinis arces,
Et Danaum decimo vere rediſſe rates.
Mœnia cum Graio Neptunia preſſit aratro
Victor palladia ligneus artis Equus.
Inter Callimachi ſat erit placuiſſe libellos,
Et ceciniſſe modis pure poeta ſuis.
Hæc curent pueri, hæc curent ſcripta puellæ.
Meq; deum clament, & mihi ſacra ferant.
Te duce vel Iouis arma canam, celoq; minãtem
Cæum, & Phlegræis Oromedunta iugis:
Celſaq; Romanis decerpta palatia tauris
Ordiar, & cæſo mœnia firma Remo,
Eductoſque pares ſilueſtri ex vbere reges:
Creſcet, & ingenium ſub tua iuſſa meum.
Proſequar, & currus vtroq; ab littore ouantes
Parthorum, aſtuta tela remiſſa fuga.
Caſtraq; Peluſi Romano ſubruta ferro,
Antoniique graues in ſua fata manus.
Mollis tu captæ fautor cape lota iuuentæ,
Dexteraq; immiſsis da mihi ſigna toris.
Hoc mihi Mœcenas laudis concedis, ætate eſt,
Quòd ferar in partes ipſe fuiſſe tuas.

Artificium.

Erudita, valdeq; poetica eſt hęc Elegia. in exordiolũ, quod primo abſoluitur diſticho, & narrationẽ diuiditur. Ex narrationis ĩitio facilè educitur ꝓpoſitio. Cũ.n. ſibi Mę-

cenas imperaret, vt heroicas res, & præſertim Auguſti res geſtas conſcriberet, aperte poeta negat talia ſuis viribus conuenire, quod deinde rationibus firmat, licet poſtea Mæcenatis præſidio dicat ſe id præſtaturũ. Narrationis capita præcipua ſunt, heroica facinora non eſſe ſuarum virium. *Quid me.* Tum varias eſſe ad gloriam, & ad laudem vias. *Omnia non pariter.* ſe velle Mæcenatem æmulari, qui ſibi exẽplo eſt magna eſſe demittenda, minora tractanda: *At tua*: Quæ magna reijciat, quæq; tenuuia perſequi velit, breuiter tangit. *Non ego velifera.* tandẽ auſpicijs, & auxilio Mæcenatis maiora etiã ſe aggreſſurum eſſe argumenta pollicetur, quæq; dicit. *Te duce.* In peroratione Mæcenatem rogat, vt iuuenilem ętatem ſuam regere velit, & ſcribendi argumẽta ſibi præſcribere; cum ſine eo mens ſua nihil altum incohet. *Mollis tu captæ.*

Mæcenas Eques. Primum diſtichon exordioli vicem gerit, in quo beneuolentiam ſibi parat à perſona Mæcenatis eius generis nobilitatem commẽdans: *etruſco de ſanguine regum.* tum eiuſdem animi moderationem, ſiue modeſtiam referens *intra fortunam* Quod à regibus originem traheret, ita Scaliger in Catalecta probat. Menandri filius fuit Mæcenas, qui Cæſari contra Pompeium affuit: Menãdro Menippus pater. Menippo Cecina rex Etruſcorũ atauus Mæcenatis, vnde Horatius Oda 1. ſimili vſus exordiolo cecinit.

Mace-

Mecenas atauis edite regibus,
O & præſidium, & dulce decus meum.

De ſanguine: Eclypſis eſt dictionis *Ortus*, vel *oriundus*, Mart. addidit lib. 12. ep. 4.

Mæcenas atauis regibus ortus Eques.

Hor. O. 16. l. 3. Mæcenatem Equitum decus appellat.

Intra fortunam modeſtia Mecenatis probatur, quod ſuapte voluntate in equeſtri ordine ſemper eſſe voluerit, cum facillime ad ſenatorium conſcendere potuiſſet. Nam, vt inquit Porphirio, laticlaui facultas ei patuit: Et Velleius Paterculus de eodem inquit: Quippe vixit anguſto clauo pene contentus. Latuſclauus tunica erat purpurea prætexta latior tunica vulgari, qua Senatores vtebantur: anguſtus vero clauus erat tunica communis, qua cæteri. Sæpe vero latuſclauus pro ſenatoria dignitate reperitur, vt anguſtus clauus pro inferiori dignitate, qualis erat equeſtris. Magnam igitur laudem Mæcenas ab hac modeſtia ſibi fuit adeptus. *intra fortunam tuam*. intra fines, & limites fortunæ, ſortis, ordiniſq; tui vnde Ouid. Eleg. 4. l. 3. Triſt.

Crede mihi, bene qui latuit, bene vixit, & intra
Fortunam debet quiſq; manere ſuam.

Et hic eſt periphraſis equeſtris dignitatis, cuius fuit Mæcenas.

Quid me. Narrationis initium eſt, ſiue cõfirmationis prędictę propoſitionis. quod heroicum ſibi iubeat ſcribendum argumẽtum, quod ſuis impar viribus eſſe dicit. figurauit ſententiam hanc allegoria imper-

ſecta appellando huiuſmodi materiem *vaſtum æquor* perfecta vero fuiſſet, ni addidiſſet *ſcribendi* à tranſlatione namq; diſcedit. & neceſſe eſt allegoriam totam tranſlatis conſtare. præterea periphraſis eſt heroici poematis, quod omnium maximum eſt, ac grauiſſimum eſt etiã periphraſis rerũ geſtarũ Auguſti, quas celebrãdas Propertio Mecenas proponebat. ornat etiã interrogatio, quę videtur quandã conqueſtionẽ, & admirationem cõtinere; quod res ſupra ſuas vires ſibi imponatur, & beneuolentiã captat à ſua perſona per extenuationem ſuarũ virium, & à materiæ elatione.

Non ſunt: ratio eſt, quia materia illa non eſt apta viribus ſuis. & poetis præcipit Horat. in arte, vt congruã ingenio ſuo eligant.

Sumite materiam veſtris, qui ſcribitis aptę
Viribus, & tentare diu, quid ferrè recuſent,
Quid valeant humeri.

Hunc verò locũ perfecta illuſtrauit allegoria ex translationibus. qui per vela grãdia heroicas materies, per ratem ſuam ingenium, ſiue vires ſuas tenues intellexit. in Rhetor. l. 3. c. 16. docemus allegoriam eſſe imperfectam ſimilitudinem. & hic ita perfici poteſt: vt vela grandia non conueniũt paruæ cymbæ: ita ingentia argumenta, qualia ſunt heroica, non apta ſunt tenui ingenio, quale eſt meum. Ouid. dixit.

Conueniunt cymbæ vela minora mea.

Turpe eſt. rationis informatio: quia, qui maiora viribus audet, ſuccumbat, neceſſe eſt, & temere, & ſtulte agit, vnde eſt dedecus.

cus. Quam ſententiam pariter translate, & allegorice tractauit. Oido eſt *turpe eſt committere* impone *capiti ſuo pondus quod nequeas* ſupple ferre, & eſt eclypſis: *& mox preſſum* oppreſſum ſupple onere per aphæreſim, & Elypſim, *dare terga* pronum cadere. nam, vt terga dat fugiens; ita pronus cadens: *genu inflexo*: labante, & ſucciduo. & pulchra eſt rei expreſſio, & imitatio per allegoriam.

Omnia non pariter. alia ratio gnomica, e ſuperiorib9 manãs. nã cũ differant ingenia, vireſq; hominũ, fit, vt res omnes ęque omnibus nõ conueniant. idem cecinit Virg. *Non omnia poſſumus omnes*, & Homerus: *Non omnia vni Dij dederunt*. in ſacris etiam literis eſt, *Dona Dei Multifariam eſſe diſpartita*.

Fama nec. idem nomen, eademq; laus nõ prouenit ex eodẽ fonte, ac re. ab aquis trãſtulit, quæ ducuntur, & deriuantur in locis ſuperioribus. iugum. n. hic pro origine, & fonte capitur, quod flumina ex montiũ iugis oriantur. Cic. 3 de orat. *Vt ex Apennino fluminum, ſic ex communi ſapientium iugo ſunt doctrinarum, facta diſſidia*. ex hac allegoria Lypſius ſententiam hanc elicit. Ex eadem arte non vnam, ac eandem famam ad artifices peruenire: & affert ex Cic. Oratore vna fingendi ars eſt, in qua præſtantes fuerunt Myron, Polycletus, Lyſippus, qui omnes inter ſe diſſimiles fuerunt; ſed ita tamen, vt neminem ſui velis eſſe diſſimilem, vna eſt ratioq; picturæ, diſſimillimi tamen inter ſe Zeuſis, Aglaophon, Apelles; neq;

eorum quiſquam eſt, cui quiſquam in arte ſua deeſſe videatur. Horat. O. 1. ſimiliter alios alio ſtudio teneri, & diuerſis vijs ad laudem tendi oſtendit. Beroaldus interpretatur ſic. Nullius famam eſſe æqualem, nec pari iugo, curruq; vehi. Scal. iugū nutine intelligit.

Gloria Lyſippo. Inductionē exemplorum ſententiā explicat, ac illuſtrat; prius duorum ſtatuariorum, Lyſippi, & Calamidis, qui in ea arte celeberrimi extiterunt. Lyſippus ad ſexcenta decem clariſſima opera feciſſe traditur. Ab hoc ſolo Alexāder fingi voluit teſtibus Cicerone, Plinio, & Hor. l. 2. Ep. 1.

Edicto voluit, ne quis ſe præter Apellem
Pingeret, aut alius Lyſippo duceret æra
Fortis Alexandri vultum ſimulantia.

Præcipua eius gloria, & laus erat, vt ait poeta, *effingere ſigna animoſa*: hoc eſt ducere, vt inquit Horatius, & cœlo exprimere ſimulacra ſperantia, id eſt ſpirantes animos mittentia: & vt loquitur Fabius de eodem ad veritatem maxime accedere: vel ex Virg.

Viuos ducere de marmore vultus.

Calamis inprimis excellebat in bigis, quadrigis, & equis, vt inquit Plin. ſine Emulo ſemper exprimendis. itaq; & poeta hic eum ſe iactare, hoc eſt ſe venditare, & ambitioſe commendare non verbo, ſed opere in ſimulacris equorum exactis, id eſt abſolutis omnibus numeris, perfectiſq; adamuſſim formandis. contra Ouid.

Non

Non exacta ſatis, rudibuſq; ſimillima ſignis.
In Veneris: Apelles pictor nobiliſſimus ex poeta *poſuit ſibi ſummam* ſupple artis laudē, & caput omnium ſuorum operum eſſe voluit *in fabula Veneris*, in qua venus a ſe picta fuit. Hic enim inter cętera venerem pinxit exeuntem e mari. de qua Ouid. ita cecinit.

Si venerem Cois *nunquam pinxiſſet Apelles,*
Merſa ſub æquoreis illa iaceret aquis.

Ex Plinio incohauit aliam Venerem ſuperaturus etiam illam priorem. Sed inuidit mors peracta parte: nec qui ſuccederet oneri ad præſcripta lineamenta inuentus eſt.

Parrhaſius. Sic legendum aſſerit Scal. nō Pyrcitus, vt mutauerat Beroaldus: etiam *paſſa* non *parua* Senſuſq; eſt. Parrhaſius ex Plinio reppetit Symmetriam picturæ, id eſt aptam membrorum proportionē, argutias vultus, elegantiā capilli, venuſtatem oris, quæ eſt picturæ ſumma ſubtilitas. ita bene *arte* parta; non *parua*. Paſſeratius tamen paruam interpretatur ſuam Plinius dixit ſummam ſubtilitatem. Sed Scaligeri magis probo explicationem. *Vindicat locum*. ſupple ſibi deberi locum, & dignitatem inter pictores contendit, & famam bene pingendi ſibi aſſerit. Hic teſte Plinio pinxit Dæmonem Athenienſem, quem pariter volebat oſtendere iracundum, iuſtum, inconſtantem, exorabilem, clementem, miſericordem, humilem, ferocē, fugacem, & omnia ſimul. Hic Zeuſim pictorem, qui vuis

pictis aues deceperat, linteo picto fefellit. nota hiſtoria de his duobus.

Argumenta. Mentorem hic laudet Poeta per collationẽ à maiori, ab emblematis pingendis. dum inquit, *argumenta Mentoris cælatoris ſunt magis addita formæ*. per argumẽta intellexit fabulas pictas, ſcriptas, texias, vel hiſtorias. vt apud Cic. in 6. Ver. *argumenta erant in valuis*. quæ etiam emblemata dicuntur. *Forma* operi formato, & ficto, vt poculo, vel ſigno. vt Eleg. 2. l. 4.

At tibi Mamurri formæ celator aena.

Id eſt ſtatuæ æneæ *Magis addita* artificioſius adiuncta: ita vt vaſis, & operi detrahi poſſint, & purum opus remaneat ſine cælatura, & argumento.

At Myos. Mys famã ſibi peperit, quia mire variabat opera ſua flexionibus. Hic cælator argẽti eximius fuit, vt refert Pl. & Mart. *Quis labor in Phiala docti Myos, anne Myronis?* Ingenioſe poeta explicat huius artẽ ſic. *At Acanthus Myos flectit iter exiguum*. id eſt Mys celat Acanthum in vaſis, in quibus eſt breue ſpacium, & anguſtum, in quo ſpacio acanthũ flectere iter facit cælando, id eſt flexuoſe errare arſas amplectentem. Acanth⁹ herba toparia eſt teſte Plinio in Aegypto naſcens, flexuoſaq; eſt. vnde Acanthus pro flexuoſo ornata ponitur. hoc non tantũ vaſa, ſed etiam veſtes velamina, & capitula columnarum ornari ſolebant. Virg.

Et circumtexto croceum velamen Acantho.

De capitulis columnarum, Vitru. l. 4 c. 1. *Phidiacus*: ſũmã ſibi gloriã Phidias cõparauit

rauit ſimulacris faciendis præſertim Deorũ ex ebore: & eius Iouis Elei ſimulacrum præſertim hic cõmendatur. Fabius inquit. Phidias dijs, quam hominibus effingendis melior artifex traditur: in ebore vero lõge citra æmulum: Olympium in Elide Iouem fecit, cuius pulchritudo adiecisſe aliquid etiam receptæ religioni videtur, adeo maieſtas operis Deum æquauit. Plin. ait Iouem Olympicum factum à Phidia ex ebore, & auro, quẽ nemo ſit imitatus. Cic. in Orat. Phidiæ ſimulacris nihil eſt perfectius in eo genere. Poeta vero ſummam artificis laudem expreſſit dicendo Iouem eam formam inducere, vt auguſtior videatur, & ornamẽtum ex eius opere ſibi quærere.

Praxitelem. Hic ſtatuarius excellentiſſimus fuit in ſtatuis è marmore formãdis vnde Plin: lib. 1. cap. 38. *Praxiteles marmore maxime nobilitatus eſt, Gnidiaq; Venere.* Hic namq; duas ante omnia veneres celeberrimas effecit alteram nudam, quam emerunt Gnidij alteram velatam, quam Coi. Quint. l. 12. c. 10. *Ad veritatem Lyſippum, & Praxitelem acceſſiſſe optime affirmant*: id eſt verarum rerum formas expreſſiſſe. Idcirco poeta in eius laudem dicit, marmor parium poſtulare eum ſibi artificẽ, nec velle ab alio ſculpi ob artificis præſtantiam. *Vindicat* metaphora ab homine. alij legunt non parius, ſed propria arte, vt lapis ſit periphraſis parij marmoris, & hypallage, id eſt praxiteles vindicat lapidẽ pariũ arte propria. ſed parius magis placet, & eſt ſynecdoche ſpeciei

pro quouis marmore pretioſo.

Sunt quibus. Senſus eſt alios equorũ curſu, alios ſuorum pedũ pernicitate celeberrimos extitiſſe. Quæ poetice ita dixit. *Palma* victoria per metonymiam ſigni pro re ſignata: *quadriga Elea*: periphraſis ludorum Olympicorum, & ſynecdoche ſpeciei, pro quibuſcũq; inſignibus equorum ludis: *concurrit*: in concurſu, & frequentia certantium contingit. poteſt etiam eſſe hypallage pro quadriga concurrit palmæ, id eſt ad palmam: *Elea* quæ Piſam Elidis ad ludos Olympios venit. Eleg. 8. l. 1.

Et quas Elis opes ante pararat equis.

Sunt, quibus. ita Hor. Od. 1 *ſunt, quos curriculo*. Scal. legit, *Eſt quibus*. & dicit heleniſmum eſſe. Hiſtorici narrant Cimonis Equas tres victorias in Olympicis ludis, qui & Elei dicuntur, & totidem Euagoræ Laconis reportaſſe. Optimi curſores celebrantur Achilles ab Homero; Camilla à Virg. in 7. in fine.

ſed prælia virgo.
Dura pati, curſuq; pedum prauertere ventos:
Illa vel intactæ ſegetis per ſumma volaret
Gramina, nec teneras curſu leſiſſet ariſtas:
Vel mare per medium fluctu ſuſpenſa tumenti
Ferret iter, celeres nec tingeret æquore plantas.

De curſoribus videatur Plin. lib. 1. c. 30. *Gloria nata eſt in pedes celeres*: pro in celeritate pedum, qui eam à natura laudem habent, vt pedum velocitate omnibus præſtent ita locutus Hor. O. 27. l. 1. *Natis in vſum lætitiæ ſcyphis*.

Hic ſatus. Alias dicit ad quietem, & pa-

cem à natura effectos. Cic. de pet. Conſ. *Satus ad pacem natura quietus homo:* alios verò ad bella. Satus metaphora ab agricolis: nam vt illi ſerunt ſemina: ita natura, & parentes filios. Cic. extetiſſe quandam maturitatem ſerendorum hominum dixit *vtilis armis caſtrenſibus* periphraſis belli. Horat. O. 12. l. 1. vtilem bello.

Natura ſequitur. inductio apte ſententia clauditur. quæ eſt: ſuæ quiſque paret naturæ, & ingenio; & eò contendit, quo natura ducit: conuenienter naturæ viuere. *Semina natura*, igniculos.

At tua. poſt enumerationem morum, & ſtudiorum hominum diuerſorum aſſerit ſe velle ſequi Mecenatis mores, & exemplum, quod tamquam præceptum recepit, & in animũ ſuum admiſit. quod eſt magna eſſe dimittenda, & minora tractanda. *vita præcepta* documenta re, non verbis tradita.

Cogor. ſenſus eſt: cum ego te minor ſim, longeq; tibi inferior, & præſtantia, & nobilitate, & tamen videam intra tuam fortunam te manere, *cogor* non vi, ſed ratione *ſuperare te* demiſſius, & abiectius viuere. itaq; collatio hic eſt à maiori ad minus.

Cum tibi. addit præcepta temperati animi Mæcenatis. quæ ſunt. quia contemnit conſulatum, præturam, imperatorem exercituum eſſe, victorias, triumphos, ornamẽta ſuarum ædium ex ſpolijs, & exuuijs hoſtium: cum talia conſequi poſſet, cum Auguſtus ad ea conſequenda, & vires, & facultatem afferat. contemnit opes, quas op-

portet, vt Auguſtus furtim, & clanculũ eas, & tribuat, quia ſi aperte daret, ipſe recuſaret. itaq; per hanc abſtinentiæ virtutem, ac taliam contemptionem affirmat poeta Camilli, & Auguſti laudem, & gloriam æquaturum Mæcenatem. Artificioſe igitur hic laudes Mæcenatis præcipuas eſt complexus, & poeticis ornamentis condecorauit.

Cum tibi liceat ponere ſecures: periphraſis conſulatus, cũ poſſis eſſe conſul. *ſecures* metonymia adiuncti pro ſubiecto eſt. Nam eius dignitatis miniſtri ſecures geſtabant, quibus fontes plectebantur. *ponere* ſtatuere, vt faciunt lictores, cum in foro cum ſecuribus apparent. *domines* vim imperij præſeferentes. & metonymia adiũcti eſt pro dominantis. *in honore Romano* in Magiſtratu, id eſt conſulatu, vel prætura. *ponere iura in medio foro* periphraſis præturis, eſſe prætorẽ, cuius proprium erat ius dicere.

Vel tibi Medorum. non tam domi clarum eum eſſe potuiſſe, ſed etiam belli affirmat. nam dicit facile ei fuiſſe eſſe exercituum Ductorem, & bellicoſorum hoſtium debellatorem. quod per ſynecdochem ſpeciei explicat, poſitis Medis, hoc eſt Parthis pro fortiſſimis hoſtibus. *Hoſtes Medorum* Medos genitiuo pro epitheto poſito. *& onerare* potes implere, vel decorare *tuam domum* per metonymiam ſequentis pro antecedente. qui enim implet, onerat, vel ornat domum. *per arma fixa*: armis, & exuuijs hoſtibus detractis, & fixis. ita, & Ouid. *Vlciſci iuſta*

per

per arma patrem.

Et tibi. Ratio ſuperiorũ, quia ad ea peragenda Auguſtus *tibi det vires*: id eſt opes, & neceſſaria, vt voti compos fieri poſſis. Beroal. legit etiam affectum, hoc eſt ad deſiderium explendum. *& opes* tam faciles, id eſt abſq; vllo tuo labore parabiles, vt vtro oblatæ, *inſinuentur* clam quaſi in ſinum non petenti recondantur ab Auguſto.

Partis: Tu tamen abſtines, parceq; illis vteris. *Colligis te humilem in vmbras tenues.* contrahis te paruum, & quaſi humi ſerpentẽ, & reducis collecta cupiditate, in contractas, & à mutatas cupiditates. & metapho ſumpta eſt ab arboribus collucatis, & ramis circumciſis: quæ tenuuiorem iaciunt vmbram, quam cum luxuriant ramis. Virg. 2. Georg.

Tum fortes latè ramos, & bracchia tendens
Huc illuc media ipſa ingentem ſuſtinet vmbrã.

Velorum. alia translatio à re nautica. cū ocides ventis ſecundis vela ſua nimis turgida, ea ſub ducis, & curſum inhibes.

Nam vt bene inquit Ouidius, & ventis nimirum ſecundis, niſi vela ſubducantur, nauis perit.

Sæpe perit ventis obruta cymbra ſuis.

Synus plenos velorum vela ſinuoſa.

Crede mihi. aſſerit talium rerum contemptione Camillo parem bello, & pare futurum eſſe: qui Camillus ob liberatam patriã à Gallorum manibus alter Romulus dictus fuit. *& venies in ora virùm* expolitio, id eſt celebraberis, vt ille *Camillos* ſynecdoche numeri pluralis pro ſingulari.

Cæſaris, & fama. proximus etiam eris gloriæ Cæſaris Augulti: poſt eum nullus erit te gloria maior. *iuncta veſtigia famæ.* tranlatio eſt.

Mæcenatis erunt. Elogiũ Mæcenatis claudit commendatione eius fidei in Auguſtũ, quam dicit futuram eſſe verum, & certum eius trophæum.

Non flebo. Dicit ſe non eſſe aggreſſurũ grãdes materias, quales ſunt bellum Thebanum, & Troianum: ſed tãtum humiles, & ad amorem pertinẽtes ad imitationem Callimachi, & Philetæ Coi.

Non flebo. Bellum Thebanum periphraſi expreſſit ita. *Non flebo.* non canam fletu digna, hoc eſt Arcem Cadmi, partem vrbis Thebarum editiſſimam, & munitiſſimam, a conditore Cadmo Cadmeam dictam. Et ſynecdoche eſt partis pro toto. Nam Plut. in Pelopida, & Strabo affirmant arcem cũ tota vrbe ab Epigonis fuiſſe euerſam. *Sediſſe* collapſam eſſe, incendioq; abſumptã. Alta enim, cum cremantur, collabuntur, & ſenſim ſubſidunt, vnde eſt ſedere in ignes, vel cineres, vel cineribus. Virg. 9.

At non viderunt mœnia Troia
Neptuni fabricata manu conſidere in ignes?

Tacitus de excidio Cremonæ l. 3. *cũ omnia ſacra, profanaq; in igne conſiderent; ſolum Mephitis templum ſtetit ante mœnia loco, ſeu numine defenſum. In cineres patrios.* vel Cadmi arcis conditoris, vel patrios, quia tota patria cura arce conflagrauit.

Nec ſemper. Beroaldus ait ad Etheoclem,

&

& Pollynicem referri poſſe,qui ſe inuicem vulneribus confoderunt; vel ad terrigenas ex dentibus ſerpentis à Cadmo ſatis procreatos,qui ſe pari nece trucidarũt. alij ad bellum geſtum à ſeptem ducibus,ad interemptos fratres,ad victos obſeſſores,demum ad Epigonas eorum vltores. Vnde Pauſanias dixit Cadmeam victoriam dici, cum victores eadem,quæ victos, opprimit calamitas. ad quod prouerbiũ alludit poeta. Paſſerat. videatur Ouid. in principio lib. 3. Metam. Ord. verborum eſt, *nec flebo pralia ſemper clade pari*. in quibus ſemper clades par fuit.

Nec ſcaas. Non ſcribam Troianum bellũ. pro qua ſententia trita ingenioſiſſime adiuncta quædã magis illuſtria potuit. Scæã portam Troiæ,fatalem in qua erat Laomedontis Regis Troianorum ſepulcrum, nec ciuitas capi poterat, niſi limen eius ſuperum ſcinderetur. cuius rei admoniri Græci Equum illum ligneum tam grandem conſtruxerunt,vt introduci non poſſet, niſi ea porta deiecta,& conſilio Synonis introductus fuit. & ita capta Troia. Virg. in 2. Aen. hac de cauſa poeta hic Equum illum victorem appellat, id eſt victoriæ cauſam metonymice. Plautus in Bacch. tria fuiſſe Ilio fatalia dicit illis verſibus.

Ilio tria audiui fu ſſe fata,quæ illi forẽt exitio:
Signum ex arce ſi perijſſet: alterum etiam eſt Troili mors:
Tertium cum portæ ſcæ limen ſuperum ſcinderetur.

Deinde

Deinde ponit fabuloſos Ilij conditores Apollinem, & Neptunum. nam fabulantur illos duos Deos pacta eis mercede à Laomedonte, licet poſtea non perſoluta pergama condidiſſe. Tertiò tangit tempus obſidionis, & expugnationis Troianæ vrbis, decenniumq; fuit. *Et Danaum*. poſtremo exitum, hoc eſt debellationem *Maniacum Graio*. ornatus ſunt idea breuitatis, belli enim Troiani ſummam paucis complexus eſt. *Scaas*. ſynecdoche numeri, vna.n. erat tantum porta ſcæa. ſic etiam Virg.

Hic Iuno ſcaas ſæuiſſima portas
Prima tenet.

ſine tropo Plautus ſupra, *porta ſcæa limen. & pergama Apollinis* periphraſis mæniũ Ilij per antonomaſiam, & auctorem, quia ad inſtar arcium æditiſſimarum erant, & pro Ilio poſita ſunt per ſynecdochen. *arces* appoſitio eſt, quia tamquam arces erant, vt hoſtes arceant. *Rates* naues, vel claſſes ſynecdoche partis pro toto. vt etiam vere decimo, pro anno decimo: redijſſe poſt dirutam Troiam. nam decimo anno eam cæperunt. *equus palladiæ artis*. conſtructus à fabris, quibus pallas præeſt, *preſſit mænia Neptunia* a Neptuno, & ab Apolline condita: *preſſit aratro graio*, arauit: Ouid. *Et ſeges, vbi Troia fuit*. vel euenit. Nam condendis, & euertendis vrbibus atratum inducebatur. Hor. *imprimeretque muris.*

Hoſtile aratrum exercitus inſolens.

tota figurata eſt ſententia, id eſt Græci victores araſsẽt, vbi Mænia Troiana, Troiaq. ipſa

ipſa fuerant. Paſſeratius hypallagen agnoſcit, pro impreſſit Graium aratrum Mœnibus Neptunijs; preſſit apheresis Graiũ ſyncopa pro Graiorum. itaq; nihil magis poeticè potuit explicari.

Inter Callimachi. omiſſis argumentis heroicis in Elegijs ſcribendis ſe verſaturum declarat. Quam ſententiam periphraſticè explicat poſitis libellis, Callimachi, et modis Philetæ Coi, quos duos in ſcribẽdo duces habuit. *Satis*, inquit, mihi erit, ſi lauder, & legar cum Elegys Callimachi. bene autem libellos dixit Elegias intelligẽs, quia & grauia ille ſcripſit: & placuiſſe, quia, qui placent, leguntur. *Et cecini ſſe*: ſatis erit, ſi Philetam locũ inſcribendis Elegijs æquẽ. *pure poeta*: periphraſis Philetæ. Nam in mollitie carminis primas dat. ita legit Scal. alij legunt pro pure dure, alij Cae. *tuis modis* numeris elegiacis.

Hac curent in adoleſcentum, & puellarũ gratiam talia ſcripturam ſe dicit. Paſſeratius legere vellet. *Hac vrant pueros, hac vrãt ſcripta puellas* id eſt amare doceant, & vti: quia Eleg. 7 l 1. ita cecinit.

Nec poterunt iuuenes noſtro reticere ſepulchro,
Ardoris noſtri magna Poeta vale.

ſi ita legitur præter repetitionem, erit etiã metaphora ab igne, *vrant.*

Meq. deum: cupit in his ita excellere, vt iuuenes admirantes eum tãquam deum poetarum appellent, ac venerentur illi ſacrificando, vel dona debita præbendo, veluti coronam lauream, & quæ debentur

bentur huiuſmodi generi poetarum nam Scal. pro Sacra, dona legit. & ſignificat principem locum in hoc poematis genere ſe retenturum.

Te duce. Hactenus, quid proprijs viribus conueniat, declarauit, modo quid aggreſſurus ſit Męcenatis impulſu, & auxilio explicat. maxima proponit argumenta, bellum giganteum contra Iouem, & ſuperos, vrbis Romanæ originem, & Auguſti victorias, & triũphos. & ita quanti faciat Mæcenatis auſpicia oſtendit, eumq; beneuolũ ſibi facit.

Bellum gigãteum erudite expreſſum eſt per præcipua eius adiuncta, inſtrumentorum, *arma canam* perſonarum, *Iouis* tanquã ſupremi deorum imperatoris gigantum, *Cæum, & Oromedonta*. loci, vbi geſtum fuit, *Phlegreis iugis*, finis gigantibus propoſitis; *Cælo minantem*. volebant enim Deos de celo deijcere. Exitum belli tanquam notum non appoſuit, qui fuit, partim Iouis fulmine, partim Apollinis, & Dianæ telis confixos cecidiſſe, alioſq; ſub Aetna Monte, nõnullos etiam in Tartara detruſos impietatis ſuæ pœnas luiſſe. Figmentum hoc poeticũ explicatur à Lilio Gyraldo in Herculis vita Tullius, & Macrobius dicſit ſignificare impiam quandam hominum gentem deos negantem, & ideo exiſtimatam Deos de celeſti ſede pellere voluiſſe. Virg. de his

Et coniuratos cælum reſcindere fratres.

De modo, quem fabulantur tenuiſſe, vt cęlum conſcenderent, ita in Geor.

Ter

Ter ſunt conati imponere Pelio Oſſam ,
Scilicet,atq; Oſſę frondoſũ inuoluere Olympũ :
Ter pater extructos diſiecit fulmine montes.

Phlegręis iugis: Phlegra vrbs Macedoniæ eſt teſte Plinio lib.4, ca.10. in cuius regione Gigantes habitabant , cum celeſtibus bellum intulere. vnde Stat lib.10.

Quã nã ſpes hoĩum tumida poſt prælia phlegræ ?

Celſaque Romanis. Mæcenate adiuuante dicit ſe celebraturum Romanæ vrbis exordia,& quædam delibat . Deſcribitur locus vrbis ante eam conditam,qui palatium dicebatur , quod vel à balatu ouium dictum fuit,quaſi balatium, quia ibi paſcẽs pecus balarè conſueuit, vel quod palare , hoc eſt erra re idem ſoleret; vel quod pullas ibi ſepultus foret. Celſum appellatur , quia Palatinus collis ex ſeptem editior eſt , *Ordiar* canam metaphora à textoribus , *alta palatia* enallage numeri pluralis pro ſingulari. *decerpta tauris Romanis* detonſa , & depasta à tauris,& pecore Romuli . Tibullus eleg. 6.lib.2.

Carpite nunc tauri de ſeptẽ montibus herbas
Dum licet; hic magnę iam locus vrbis erit ?

Eleg.5 eiuſdem lib.

Sed nũnc paſcebat herboſa palatia vaccę .

Et à cęſo exordium vrbis tangit cum adiucto necis Remi. videantur de hac re Liuius in principio ſuæ hiſtoriæ,& L. Florus.

Mænia firma. ĩuiolabilia: quia cæde Remi muri vrbis ſancti facti fuerunt, ac ita cautum ne quis eos violare auderet . Liuius à Romulo fratre cæſum Remum mauult: Plutarchus

tarchus à Cetere Tribuno iuſſu Romuli. L. Florus ita ſcribit, *Ad tutelam nouæ vrbis ſuffi cere vallum videbatur, cuius dum irridet anguſtias Remus, idque increpat: ſaltu dubium, an iuſſu fratris occiſus eſt.*

Eductoſque. Educationem Romuli, & Remi fratrum indicat periphraſticè: *ex vbere ſilueſtri* ferino, id eſt lupino, quia lupi ſiluis gaudent. qui à mamma lupæ, quæ vocabulo veteri rumis dicebatur, Romulus, & Remus ſunt nuncupati: *Eductos* educatos, eduꝺ co is antiqnum verbum tamen adhuc vſitatum, pro educo as vſitatiore verbo. *Reges*, vel quia ſimul prius regnarunt, vel heroas: *pares* geminos, fratres. hæc enim vocabula inuicem ponuntur, Feſtus.

Creſcet. ſi Mæcenas imperabit, vt ſcribat, ſpondet ſibi vberiorem venam, & facultatem.

Proſequar. dicit ſe etiam præter ſuperiora cantaturum Auguſti triumphos, quos ab occidente de Hiſpanis, Cantabris, & Britannis; ab Oriente Sole de Indis, & Perſis retulit. vnde Poeta dixit, *vnoque ab littore: Eoo, & Heſperio. Virg.*

Et duo rapta manu diuerſo ex hoſte trophæa:
Biſq; triumphatas vnoq; ex littore gentes.

Proſequar verſibus *currus ouantes*, triumphantes metonymia adiuncti pro ſubiecto, & abuſio, id eſt eum triumphantem ob bella feliciter geſta. propriè etiam ouãtes, ſi ad Tiberium referantur, qui primus ouans curru vrbem ingreſſus fuit cõtra morem. Suet. in Tib. cap 9.

Aſtuta

Aſtuta fuga. Parthi in bello fugam ſimulant, vt ſæuius noceant à tergo ſagittas excutientes. vnde dixit *tela remiſſa* retro miſſa. Syntaxis eſt, *proſequar tela fuga aſtutæ Parthorum* ſimulatæ, & eſt metonymia adiuncti pro aſtutorum Parthorum, & aſyntheton, eaque remiſſa. De his bellis Auguſti videri poterunt præſertim Suetonius in eius vita, L. Florus, & Plutar.

Caſtraque ſubruta ſubuerſa, reuulſa, *ferro Romano* armis Romanis, & eſt metonymia materiæ pro forma, hic bellum Alexandrinum intelligit, quo Auguſtus Alexandriam Aegypti obſedit, quo Cleopatra, Antoniuſque confugerant; & breui potitus opido triumphum egit Alexandrinum. Et poetice expoſuit poſitis. caſtris Peluſij per ſynecdochem partis, cum Peluſium opidum ſit teſte Strabone paludibus cinctum, pro Aegypto, ſiue Alexandria, quod opidum cepit Auguſtus, vt ſcribit Plutarchus in Auguſto. Palmerinus putat legendum *clauſtra* non caſtra, & Seruius putat Peluſium eſſe vltimum oſtium ex ſeptem Nili.

Antonique Antonius in eo bello, cum extinctam eſſe Cleopatram varius rumor nunciaſſet, mortem ſibi conſciuit. itaque poeta inquit, *proſequar* canendo *manus graues* infeſtas, & ſæuientes *in ſua fata* in ſuam ipſius perniciem: *Antoni*, apocope.

Mollis tu capta. in clauſula elegiæ obſecrat Mæcenatem, vt velit ſuſcipere regendam ſuam iuuentutē, ac moderādā præſcri-

ſcribendo ſibi ſcribendi argumenta. quam ſententiam translatis ornauit ab equite, vel ab auriga; *cape loca* ſuſcipe regimen: *mollis fautor*, meta phota, benignus, & facilis: *ceptę iuuenta*, primæ iuuentæ, ineuntis ætatis. *Dexteraque*, allegoria, præbe mihi ſignū, quod omnia ſint mihi feliciter euentura: *ſigna dextera* fauſta, felicla metaphora ab auſpicijs: *immiſſis rotis:* concitatis ad curſum: alia metaphora à circo, vbi dabatur ſignum agitatoribus proficiſcendi.

Hoc mihi. ſenſus eſt, laudabor plurimum, quod dicar fuiſſe tuarum partium, tibique acceptiſſimus. Quod vtique dicetur, ſi mihi faueris *à te eſt* beneficium tuum eſt: *quod ferar* dicar, *fuiſſe in partes tuas*, in partibus tuis. Cic. pro leg. Man. dixit *fuiſſe in prædonum* poteſtatem. Ter. Eun. eſſe in tantum honorem. multa exempla collegit Agellius, lib. 13. c. 16.

Eleg. IX ex Select. Propertij.

Argumentum.

CVm Propertius vt iners, & mollis accuſaretur; quod Amoris pedicas perfringere, & euadere nequiret, ſed ſe à muliere regi, male haberi, ac in omnes partes verti permitteret: hac elegia purgandum ſe iudicauit. Itaque probat non ſolū inique, ſed etiam imperitè accuſari. Quod, qui eum obiurgat, non agnoſcat mulierum potentiam, & imperium in viros. Quod exem-

exemplis clariſſimarum fęminatū probat, quæ viris, ac Deis imperatunt.

Elegia.

Quid mirare, meam ſi verſat fæmina vitam?
Et trahit addictum ſub ſua iura virum?
Criminaq; ignaui capitis mihi turpia fingis?
Quod nequeam fracto rumpere vincla iugo?
Venturum melius pręſagit nauita noctem:
Vulneribus didicit miles habere metum.
Iſta ego prateri ta iactaui verba iuuenta:
Tu nunc exemplo diſce temere meo.
Colchis flagrantes adamantina ſub iuga tauros
Egit, & armigera prelia ſeuit humo.
Cuſtodiſque feros clauſit ſerpentis hiatus,
Iret vt Aeſonias aurea lana domos.
Auſa feros ab equo quondam opugnare ſagittis
Męotis Danaum Pantheſilea rates.
Aurea cui poſtquam nudauit caſſida frontem,
Vicit victorem candida forma virum.
Omphale in tantum formę proceſſit honorem,
Lydia Gygęo tincta puella lacu,
Vt, qui pacato ſtatuiſſet in orbe columnas,
Tam dura traheret mollia penta manu.
Perſarum ſtatuit Babylona Semiramis vrbem,
Vt ſolidum cocto tolleret aggere opus.
Et duo in aduerſum miſſit per mœnia currus,
Ne poſſent tacto ſtringere ab axe latus.
Duxit & Eufratem medium, qua cōdidit arces,
Iuſſit, & imperio ſurgere Bactra caput.
Nā quid ego heroas, quid raptē in crimina diuos?
Iuppiter infamat ſeq; ſuamque domum.
Quid: modo quę noſtris opprobria vexerit armis,

Et

Et famulos inter fœmina vita ſuos?
Coniugij obſæni pretium Romana popoſcit
Mœnia, & addictos in ſua regna patres.
Noxia Alexandria, dolis aptiſſima tellus;
Et toties noſtro Memphi cruenta malo,
Tres vbi Pompeio detraxit arena triumphos:
Tollet nulla dies hanc tibi Roma notam.
Iſſent phlegręo melius tibi funera campo,
Vel tua ſi ſocero colla daturus eras.
Scilicet incerti meretrix regina Canopi,
Vna Philippeo ſanguine aduſta nota.
Auſa Ioui noſtro latrantem opponere Anubin,
Et Tiberim Nili cogere ferre minas:
Roma namque tubam crepitanti pellere ſiſtro,
Baridos, & contis roſtra Liburna ſequi.
Fœdaq; Tarpeio Canopeia tendere ſaxo
Iura dare ſtatuas inter, & arma mari.
Quid nunc Tarquinij fractas iuuat eſſe ſecures,
Nomine quem ſimili vita ſuperba notat?
Si mulier capienda fuit? cape Roma triumphum,
Et longam Auguſto ſalua precare diem?
Fugiſti tamen in timidi vaga flumina Nili.
Accepere tua Romula vincla manus.
Bracchia ſpectaui ſacris admorſa colubris,
Et trahere occultum membra ſoporis iter.
Non hæc, Roma, fuit tanto tibi ciue verenda,
Dixit, & aſſiduo lingua ſepulta mero.
Septem vrbs alta iugis, toti quæ præſidet orbi,
Fœmineas timuit territa mane minas.
Annibalis ſpolia, & victi monimenta Syphacis,
Et Pirri ad noſtros gloria fracta pedes.
Curtius expletis ſtatuit monimenta lacunis:
At Decius miſſo prælia rupit equo.
Coclitis abſciſſes teſtatur ſemita pontes

Et cui cognomen corvus habere dedit.
Hæc Dij cõdiderũt, hæc Dij quoq; mœnia ſeruãt.
Vix timeat, ſaluo Cæſare, Roma Iouem.
Nunc vbi ſcipiadæ claſſes? vbi ſigna Camilli?
Aut modo Pompeia Boſphora capta manu?
Leucadius verſus acies memorabit Apollo
Tantum operis belli ſuſtulit vna dies.
At tu ſiue petes portus, ſeu nauta linques,
Cæſaris in toto ſis memor Ionio.

Artificium.

HAec Elegia verſatur in iudiciali genere. Nam reprehenſus poeta, & accuſatus inertiæ, & molliciei ſe excuſat, & defendit, vt dictum eſt in argumento propoſitionem habet obiecti criminis, & ſuæ defenſionis. *Quid mirare* tum plenã probationem per inductionem exemplorum eorum, qui fœminis turpiter ſeruierunt: *colchis flagrantes.* ſequitur prelõgum epiſodium, quod nauale bellum explicat, quo Romani fines imperij aggreſſa erat Cleopatra, & clariſſimam de ea, & Antonio Auguſti victoriam, nec habet reditum, ſed terminat Elegiam. *Coniugis obſceni.*

Quid mirare Accuſatorem loquitur admirãtem, quòd mulier cogat eam ſibi parere, & pro arbitrio ſuo regat quod indecorũ eſt. *verſat* torquet, vt libet tractat *vitam meam* synecdoche partis pro toto, me ipſum. *&* *trahit addictum* amplificat a modo quod cogatur ei tanquam addictus, & obnoxius parere, & allegoria rem auxit. nã addicti apud veteres proprie dicũtur, qui ob æs alienũ creditoribus a prætore addicebãtur. vnde illa

tria verba do dico, addico, & addictus ſub poteſtate creditoris omnino erat. vnde *ſub ſua iura*, ſub imperium.

Criminaq; propoſitio obiecti criminis, quod eſt inertia, & mollitia. quæ crimina turpia ſunt: *ignaui capitis*, ignaui hominis, ſynecdoche partis pro toto. *mihi* in vituperationem meam.

Quod nequeam: ratio, quod nequeam ab huiuſmodi ſeruitutis vinculo Amoris exire. itaq; tranſlata ſunt omnia illa, *rumpere vincla fracto iugo*. à bobus iuga ferentibus. & in participio, *fracto* Amoris exprimitur tenacitas. Ouid. e. 2. l. 5. Hiſt.

Subtrahis, & fracto tu quoq; colla iugo.

Venturam melius: ſuam defenſionem aggrediens poeta imperitiæ ſuum accuſatorẽ damnat. Qui putet amãtes, ſi velint, poſſe à ſecuritate, & famulatu cupidinis ſe eripere; cum ipſe probaturus ſit id vix fieri poſſe. iperitiam duobus ſimilibus probat nautæ, & veterani militis. vt enim ille ob nauigãdi vſum facilius, & doctius tempeſtatem maris præuidet, quam qui non eſt nauta: & iſte propter belli vſum didicit timere pericula, minuſq; audere; quã Tyro vſu belli carens: ita ab Amore oppreſſus difficultatem experitur exeundi, & liberandi ſe ab eius imperio: quam tu, qui vim Amoris non ſentis. itaq; bene Lucretius Cecinit lib 4.

Nam vitare plagas in amores ne iaciamur
Non ita difficile eſt; quam captum retibus ipſis
Exire, & validos Veneris perrumpere nodos.

Obſerua ornatum, in ſimilitudinibus ſunt

etiam collationes à maioribus, quod indicat dictio *Melius*, & nos oſtendimus in explicatione ſimilium: & ſimilitudines imperfectæ ſunt, quia tantum habent propoſitiones, & carent aſſumptionibus, quas nos in explicatione addidimus. De formis ſimilitudinis conſuletur Rhetor noſter lib. 2. c. 10. *Nauita præſagit* præſentit, præſipit, prędiuinat. quia ventorum rationem, & ſiderum tenet. *Noctem venturam*. atram tempeſtatem, metaphora à ſimili eſt tempeſtas .n. nocti ſimillima eſt. *habere metum*: cautius pugnare, metonymia eſt efficientis cauſæ pro effectu Tyrones ſolent audatiores eſſe veteranis, quia vſu carent.

Iſta ego ſuo etiam exemplo probat inexpertum non poſſe difficultatem liberandi ſe à Cupidinis ſeruitio. Quia, quando non erat amore captus, idem affirmabat, quod modo ſuus accuſator. verum ſecus eſſe modo experitur. *iactaui iſta verba*: talia in caſſum, vaneq; fuit locutus. quæ tu modo accuſator iactas.

Prima iuuenta: cum non amabam.

Tu nunc Hortatur igitur reprehendentē ſe, vt ſententiam mutet, & alieno malo ſapiat.

Cholchis flagrantes inductione exemplorum mulierum pollentiam, & audaciā indicat. & primum eſt Medeæ. quæ res ita ſe habet. Iaſon miſſus in Cholchidē regionem ad vellus aureum obtinēdum Medeæ auxilio ad illud facilem habuit aditum. Erant illi prius tauri æripedes, & flammas

naribus vomentes domādi, tum Draco peruigil Tellus cuſtodiens ſopiendus, & interficiendus, eius dentes ſeminandi, ex quibus tot milites orituri erant armati, qui ſemet trucidarent: quæ omnia opitulante Medea ſuis pharmacis, & carminibus feliciter egit, & in patriam ſuam vellus aſportauit. Quam fabulam, quam poetice expreſſerit videamus. *Colchis:* periphraſis Medeæ, quæ Acetæ regis Colchorum filia fuit, itaque Colchis patronymicum fœmininum eſt *egit tauros flagrantes ſub iuga adamantina*: periphraſis eſt verbi ſubiugauit, & domuit. *Flagrantes* ardentes, & ignem naribus vomentes, quos etiam pedes æreos habuiſſe ferunt. *iuga adamantina*: synecdoche ſpeciei pro genere, hoc eſt duriſſima, & infrangibilia. alij ænea eſſe dixerunt *ſeuit prælia*: metonymia cauſę pro effectu, ſeminauit dētes vipereos, ex quibus orti ſunt armati milites ſemet interficientes *humo armigera* ex qua armigeri orituri erant, & eclypſis præpoſitionis in eſt. *Clauſit hiatus feros*: ora metuenda Draconis hiantis, vt voraret, *cuſtodis* qui cuſtodiebat vellus aureum. Clauſit vero ſuis medicamentis, & carminibus eum ſopiendo *vt aurea lana* periphraſis velleris aurei. Quod Beroal. ita explicat. In Colchida regione Torrentes aurum deferre tradūtur, quod Barbari lanoſis pellibus excipiunt. vnde aurei velleris conficta eſt fabula. *iret domos Aeſonias*. aſportaretur à Iaſone ad ſuas domos, quas ab Aeſone Iaſonis patre Aeſonias appellauit. *Iret*, metaphora ab animali

ad

ad non animal. Et hæc omnia Medeæ tribuuntur, quia per eam Iaſon egit.

Auſa ferox. Alterum exemplum eſt pentheſileæ Amazonum reginæ. quæ tamquam uirago auſa eſt viris concurrere, & in bello Troiano contra Græcos viriliter pugnare. Quam Martis filiam fuiſſe ſcribit Diodorus, & poſt obitũ Hectoris multis præclaris belli facinoribus editis ab Achille fuiſſe interfectam. de qua meminis Iuſtinus in 2. Pentheſilea ab adiunctis deſcribitur, a patria Meotis; id eſt ſcythica a Meote palude: *ferox* vehemens, elata quam Virg. furentẽ appellat. Vnde *auſa* præter ſexum; *oppugnare rates Danaum.* pugnare contra Græcos. Virg

Audetq; viris concurrere Virgo.

Ab equo ex equo more ſcytharum: vnde etiã ſagittis. cui Ouid. tamquam Amazonę ſecurim tribuit in epiſt. Cydippes.

Non ego conſtiteram ſumpta peltata ſecure,
Qualis in Iliaco Pentheſilea ſolo.

Aurea cui. Cum autẽ fuiſſet interfecta Achilles eius interfector dempta caſſide aurea eius forma captus fuit, & pœnituit eam interfeciſſe. Hic eſt ſpecies acuti dicti: *vicit victorẽ* vt apud Virg. *victoreſq; cadunt Danai,* & voluit poeta indicare potentiam formæ, quæ victorẽ ipſũ cæpit. Apud Dionẽ nulla fit mẽtio amoris Achillis. ſed poeta hoc addidit ſuæ cauſæ inſeruiens. *Caſſida* antiqua declinatio, modo caſſis dicitur. ita chlamys, & chlamida, compedes, & compeda. *candida forma,* eximia, & honeſta pulchritudo.

Omphale. Tertium exemplum omphales,

quo vis exprimitur pulchritudinis. Nam eius eximiæ formæ Herculeum robus ſuccubuit illa enim Lydię regina Herculem ſibi ſeruientem ad lanificium eum etiam cōpulit: cum ipſa calathum, colum, cultuſq; fœmineos ſagittis, claua, & Leonis tegmine mutaſſet. Donat in Eunuco act. 5. ſc 8. ibi. *Qui minus quam Hercules ſeruiuit Omphale*. poeta igitur ad rem amplificandam deſcripſit Omphalem ab adiunctis, & Herculē à rebus geſtis. *Omphale pu lla Lyd a*, regina Lydiæ vt el. 13. l. 3. de Nympha, & Dea.

Et Thalamum Aea flentis fugiſſe puella.

Tincta laus Gygeo abluta ſæpe in Gygeo lacu Lydiæ, ita dicto à Gyge rege. & 20. l. 1.

Siue Aniena ſuos vinxerit vnda pedes.

Proceſſit in tantum honorem forma in tantā laudem, & celebritatem formæ venit: vt coegerit Herculem nere. *vt qui* periphraſis Herculis. *ſtatuiſſet columnas in orbe pacato* id eſt cum orbem pacaſſet monſtris domitis, ac tyrannis, & columnas laborum ſuorum metas ſtatuiſſet, vnam in extrema Hiſpania, quam Plinius, & Mela Calpum montē eſſe dicant, alteram Abilam in Aphrica montem

Traheret penſa periphraſis eſt nendi, quā ornauit antithetis mollia pēſa dura manu. mollia dicūtur, quia ex lana *dura manu* calloſa laborioſo martis opere.

Perſarum ſtatuit. exemplum quartum Semiramidis eſt, quæ à tribus heroicis facinoribus commendatur, quòd Babilonē cōdiderit, Euphratem influere fecerit, & vrbem

bem quaſi diuidere: quòd Bactranorum regnum Babilonico imperio ſubiecerit Quę tamen turpiſſimæ libidinis mancipium extitit. Hæc igitur poetice ita expreſſit. *Semiramis ſtatuit*. ædificauit condidit. Vt apud Virg. *Vrbem quam ſtatuo, veſtra eſt. Babilona vrbem perſarum*. Rationem habuit ſui temporis dicendo perſarum, non conditæ vrbis. Nam prius Babilon fuit Aſſiriorum, tum Medorum, poſtremo perſarum. De Babilonis ædificatione varij varia tradunt. Strabo à Sæmiramide conditam aſſerit, alij ab Alexandro, alij à Babilone Medi filio, Herodotus à multis Aſſiriorũ regibus paulatim; Mœnia quidem à Semiramide ſtructa fere omnes affirmant: quæ hic à poeta deſcribuntur. *Vt ſolidum toleret opus*. Eclypſis eſt dictionis *ita vt* educeret, ſtrueret mœnia dura, nulla parte laxata, ſed firmiſſima aduerſus oppugnationem. Nam opus verbum caſtrenſe eſt de magno molimine ad muniendum, & oppugnandum, Var. *Opida, quia opere muniebant mœnia*. *Aggere cocto* eclypſis prępoſitionis *ex* ſynecdoche eſt partis pro toto. Quia, licet agger ſit propriè terra aggeſta, quę vallo facto propius ponitur, teſte Iſydoro, tamen ponitur pro munimentis omnibus. ergo *Aggere cocto* ex muris è lateribus coctis confectis. Ouid 4. Met. clarius.

Tibi dicitur altam
Coctilibus muris cinxiſſe Semiramis vrbem.

Ergo deſcriptio eſt murorum à ſoliditate, & à materia, tũ ſequitur laus à latitudine.

& duo. tã nãq; lati erant, vt duo currus, ſiue quadrigæ inter ſe occurrentes agi poſſet. Diodorus tamẽ dicit ſex currus duci potuiſſe per eius muri latitudiné. *Et m ſit* tã latos effecit, vt per eos miſerit *duo curr⁹* pro duos, vt apud Virg *ſi duo præterea tales Idea tuliſſet.*

Ne poſſent: ita vt non poſſent prætereuntes ſe contingere, ac in ſe leuiter incurrere. *Latus ſtrĩgere* detergere, & velut abradere. Ou.

Nec ſtringam metas int. riore rota.

Inter portenta, ſiue miracula orbis numerãtur mœnia Babylonis. Quæ ferunt fuiſſe altitudine ducentorum pedum, & quinquagenorum latitudine. de quib. Mart. *Aſſiduus iactet nec Babilona labor.*

Duxit: alterum opus fuit, quia influere fecit per Babilona Euphraſem.

Quint Curtius: Interfluit Euphrates magnæq; molis crepidinibus coercetur. Diodorus aſſerit non inductũ Euphratem, ſed conſtructas hinc, inde domos, & ita conditam vrbem. *Duxit medium* per vrbem mediam. ducere aquas, riuos, & aquę ductus dicemus. *Qua*, eclypſis nominis, parte *condidit arces;* extruxit. Diodorus, *Cum Euphrati mirę magnitudinis pontem impoſuiſſet, in extremo ponte hinc, & inde geminas arces, ac regias condidit.*

Iuſſit Tertium heroicum opus. effecit, vt Babilon eſſet præcipua vrbs totius imperij, & inter alias caput efferret. Quia iuſſit Bactra caput, & regiam Bactraianorum, regni, quod mille vrbium fuiſſe ferunt; *ſurge imperio* ſcilicet Babilonis, hoc eſt aſſurgere, & honorem exhibere patendo, & hoc dicitur, quia, ex Diodoro, Bactra capta fuerunt:

a Nino æſtu ſemiramidis vxoris ſuæ.

Nam quid non ſit ab Heroibus, & Heroinis, ad Deos, & ad Iouem ipſum, quos amoribus mulierum fuiſſe mancipatos affirmat, quare dedecore, & infamia ſe affecerunt. Quid enim turpius, quid deformius, quam & Iouem ipſum omnium Deorum Principē a cæcis Ethnicis habitum huiuſmodi infamia laborare? Erubeſcant igitur miſeri, qui tam infames mortales pro Dijs coluerunt. exempla hic omiſſa apud poetas, & alios legentibus obuia erunt. *Quid raptum in crimine* quid accuſem? & Archaiſmus in conſtructione, pro in crimen. Idem e. 19 l. 3. *Aequus in hoſte fuit.* ſunt multa exempla apud poetas inprimis.

Quid? A diis ad Cleopatram, & Antoniū deſcendit. Quos infamiam, & dedecus bellicæ virtuti Romanorum attuliſſe narrat. Quid? ſtomacantis eſt ob rei indignitatem, & eclypſis eſt, ſupple dicam de fœmina illā. *Quæ modo vexarit opprobria noſtris armis* Hi multi tropi. periphraſis Cleopatræ reginæ Aegypti, *vexeris* metaphora a nauigantibus cum alluſione ad eius claſſem: *noſtris armis*, metonymia adiuncti pro ſubiecto, nobis romanis in re militari *& famulos* deſcriptio Cleopatræ a ſexu *fœmina* a turpi adiūcto, *trita* inhoneſtata, de decorata a ſuis famulis Eunuchis ab impudentia, *popoſcit mœnia Romana* vrbem Romanam per ſynecdochem partis pro toto: in pretium, quaſi dotalem, in mercedem; coniugij obſæni matrimonij fœdi, & mali ominis, cum omina,

& auſpitia caperētur in nuptijs. *& addictos patres* ſibi mācipatos,& adiudicatos: id eſt Senatum obnoxium, & mācipatum eo modo, quo debitores creditoribus addicebātur. quo quid indignius? amplificatio igitur hæc eſt opprobrij, & dedecoris ab ea fœmina nomini Romano illati. quod etiā ab hiſtoricis narratum fuit. L. Florus: Hęc mulier Aegyptia ab Ebrio imperatore prætium libidinum ſuarum Romanum imperiū petijt, & promiſit Antonius, quaſi facilior eſſet Partho Romanus. Eutropius, Hic, ſcilicet Antonius, quoq; ingens bellum ciuile commouit, cogente vxore Cleopatra regina Aegypti, dū cupiditate muliebre optat etiam in vrbe regnare.

Noxia Alexandria. Digreditur in vituperationem Aegypti, quòd noxia, infida, doloſaq; ſit. poſitis duabus eius magis inſignibus vrbibus per ſynecdochem partis Alexandria, & Memphi, quæ poſt Alexandriam obtinebat. in communi, de bello Alexandrino ita legitur. Cæſar, & ſi fallacem gentem, ſemperq; alio cogitantē, alia ſimulantem bene cognitam habebat: tamen petentibus dare veniam vtile eſſe ſtatuit.

Noxia Alexandria es, hoc eſt funeſta Pop. Romanos *tellus aptiſſima dolis* doloſiſſima, inſidiſſima. *Et Memphi* es *emenſa toties malo romano* clade, & pernicie Romanorum. *toties* Gabinio reducente Ptolemeum Regem vi armis, Pompeio interfecto à ſatellitibus Ptolemei Cæſare Alexandriæ obſeſſo, tandem.

dem M. Antonio; quibus tẽporibus multũ Romani cæſi fuerunt *tres. vbi* ſenſus eſt, vbi mors Pompeij viſa eſt abolere præteritas eius victorias, ac tres memorabiles triumphos, quæ infamia Romanæ Maieſtatis nullo tempore abolebitur. poeticè vero ſic. *vbi* in quo Aegypto enallage aduerbij pro nomine; *arena* cædes in arena id eſt in arenoſo litore commiſſa, vbi cęſus Pompeius fuit. & metonymia eſt ſubiecti pro adiuncta *detraxit tres triumphos*: omnem vitæ ſuperioris laudem, & gloriam ademit, per metonymiam cauſæ pro effectu, nam triumphi gloriæ ſunt cauſæ triumphauerat prius Sicilia accepta, & ſubacta Africæ, tum in ditionem redacta Hiſpania; poſtremo pacato mari victo Mitridate, ac oriente prope ſubacto. De quibus triumphis ita Cic. pro Sextio. *Is, qui tripartitas orbis terrarum oras tribus triumphis adiunctus huic imperio notaui t. tollet nulla dies*. Hæc ignominia nunquam delebitur Romanis. hic ſunt apoſtrophe ad Romanos per metonymiam cõtinentis pro re contenta, & translatio in *nota*.

Iſſent. vertit apoſtrophem ad Pompeiũ, cuius necẽ honeſtiorẽ futurã, ſi aut in Pharſalico cãpo, ſiue Teſſalico, ſiue Philippenſi ſecuta fuiſſet, ſiue Cæſaris manibus. quã in Aegypto, vbi à ſatellitib⁹ Ptolemei doloſe interfectus fuit. *Funera melius iſſent*, honeſtius proceſſiſſent, ducta fuiſſent, funeratas fuiſſes. metonymia conſequentis pro antecedenti, pro honeſtior mors tua fuiſſet. campo Phlegreo, clypſſis in, & ſynecdo-

che partis pro toto, phlegra enim vrbs eſt macedoniæ, quæ Aegyptiorũ dictionis erat. *Colla* iugulum synecdochi numeri *ſocero* Cæſari. Pompeius enim ſocer Cæſaris fuit, teſtib: ſic, plutarco, & alijs.

Scilicet redit ad Cleopatram, quam a turpi vita, & temerarijs auſibus vehementer carpit a dignitate perſonæ, *regina* meritrix, turpius enim eſt vitium tale præſertim in regina a genere, ſiue a loco prope infami, *Canopi inceſti* nam Canopus ciuitas eſt iuxta Alexãdriam a Canopo gubernatore Menelai dicta, vel ex Plinio inſula, in qua luxuria vigebat maxime, itaq; inceſtum canopum poeta appellat. Inceſtus ſecundum Nonium proprie eſt flagitium in cognatos commiſſum, ex Iſidoro pro illicita quauis coniunctione etiam accipitur Turnebus l. 18 c. 13 dicit ex Philone Aegyptios omnium ſororum nuptias legitimas habuiſſe, cũ Athenis vterinarum non haberentur, ſed tantum germanarum, id eſt ex eodem patre natarũ. Vnde illud, Athenis dimidium licet, Alexandriæ totũ. *vna nota* appoſitio eſt id eſt inſignis infamia. *aduſſa ſanguine Philippeo* igne firmiſſime impreſſa in ſanguine id eſt in gẽte, & cognatione Philippi, & Alexandri regum Aegypti. Scal. legit *inuſta* & ita ſanguine pro ſanguini enallage caſus erit ſumpta tranſlatione a notis, quæ inurũtur, vel mancipijs, vel pecori. Q. Curtius l. 9 dilucidat hunc locum ſic. Ptolomeus Saucius regis ſollicitudinem in ſe conuerterat, ſanguine cõiunctus erat, & quidam Philippo genitũ eſſe credebant. Certe pellice eius ortum

conflabat. *Auſa.* temerarios eius conatus in bello Actiaco contra Romanos narrat. Auſa fuit quaſi in acie collocare Anubim Deum Aegyptiorum canino capite effictum aduerſum Ioui latio, & Romanis facienti. Vnde Virg. 8.

Omnigenumq; Deũ monſtra, & latrator Anubis,
Cõtra Neptunũ, & Venerem, contraq; Mineruam
Tela tenent. Vbi ſer. dicit per Anubim voluiſſe ſignificare Mercurium, quia cane nihil ſagacius. Iuuen.

Opida tota canem venerantur nulla dianam.

Auſa fuit *cogere Tiberim ferre minas Nili.* hoc eſt, vt Romani ſubirent iugum Aegyptiorũ imperioſorum, quod eſt ſeruorum. & metonymię ſunt ſubiectorũ pro adiũctis populis.

Auſa eſt, *pellere tubam Romanam ſiſtro crepitanti* quo Aegyptij vtebantur. Turnebus l. 26. c. 33 ſiſtrum inſtrumẽtum erat Aegyptiũ e metallo arguto, quo in ſacris Iſidis vtebãtur, ab agitatione nomen habet. Nam agitatum, & cõcuſſum tinnitus argutos e debat. &c. Heſychius cimbala interpretatur.

Auſa eſt. *ſequi roſtra liburna contis Baridos* hoc eſt inſequi, & expugnare naues Romanas celerrimas, quæ libernicæ dicebantur a populis liburnis, qui huiuſmodi vtebantur; *contis Baridos* perticis longioribus, quibus Baris, id eſt nauicula, cymba agitur, qua cymba vectabantur cadauera Aegyptiorum ad Sepulchra, cuius portitor erat charon.

Auſa eſt, *tendere canopea fœda ſaxo Tarpeio* id eſt ſperare, vt poſſet tendere canopea inſtar tentoriorum in arce Tarpeia.

ſub

ſub quibus iura daret tanquam domina Romanis inter ſtatuas. & arma Mari. Ibi .n. erant ſtatuæ, & arma hoſtibus erepta, & trophœa Marij à Cęſare repoſita. Conopeum velum erat ab Aegyptijs adhibitũ ad Culices arcendos, ex Herodoto, quos culices Aegyptij conopos dicunt. & ideo poeta fœda appellat id eſt inhonora. *ſaxa tarpeio* periphraſis capitolij. Vir.

Capitoli immobile ſaxum.

Dicitur etiam rupes Tarpeia, & Saxum tantum Tarpeius collis, deinde ab inuento illo humano capite capitolium denominatum fuit.

Quid nunc. collatione minorum probat minus malum, ac dedecus vitium, quam fœminam pati præſertim impudicam, & ſuperbam. quod omnem ſuperat turpitudinem. ſententia affecit interrogatione indignationis plena: metonymia ſigni pro te ſignata, *fractas faſces*: fracto, ac ſublato imperio regio: periphraſi Tarquinij cognominis ſuperbi: *Quem vita ſuperba*, ſi quam cum Paſſeratio legimus, hiſterologia erit, ideſt ſermo præpoſterus: ſic, *ſimul et patiẽda fuit*, *quam vita ſuperba notat nomine*: notat deſignat, vel infamat: & ita ſententia eſt vehementior. non ſolum fœmina impudica, ſed & ſuperba. Quæ Iſidem Deam ſeſe ferebat ex Plut. in Ant.

Cape Roma. Detecto dedecore, qua Romani afficiendi erant, ſi victrix Cleopatra fuiſſet: modo hortatur eos ad accipiẽdum lætum triumphũ Auguſti de ea. de quo ſcribit:

bit Oroſius tantam auri, & argenti copiam in vrbem importatam fuiſſe; vt nec ante, nec poſt tantum diuitiarum Romæ fuiſſe noſcatur. Beroal. Quapropter, & ob ſalutem, & ob diuitias comparatas rogat Romanos, vt in gratiarum actionem precentur longũ vitæ ſpacium victori. *Roma* pro Romanis metonymia eſt ſubiecti pro adiuncto. *Salua* ab eo ſeruata, & in tuto poſita.

Fugiſti à Romanis ad Cleopatram facit apoſtrophem. Quæ in prælio Actiaco ſecũdum Plut. prima corripuit fugam cum 60. nauibus, victoria adhuc in neutram partem inclinante, quam fugientem ſecutus eſt Antonius videatur Florus, l. 4. c. 4 *tamen* licet ſuperba, & minax: *in vaga flumina* errantia *Nili timidi*. hyſteron proteron pro timidorũ Aegyptiorum, & conſternatorum, vt iam victi erant. ex mari Nilum petijt. Eleg. 6. lib. 4.

Illa petit Nilum cymba male nixa fugaci.

Accepere. catenis Romanis vincta eſt, & ducta in triumphum. ſed de eius effigie, intelligendum eſt. nam de ipſa ita canit. Eleg. ſup. citata.

Dij melius, quantus mulier foret vna triũphus.

Romula vincla Romanas catenas, ab auctore Romanorum Romulo. à quo duo ſunt deriuatiua Romulus, & Romuleus. Virg. Romula tellus.

Brachia. Plutarchus ait in Antonio effigiem illam fuiſſe cum aſpide mordicus inherente brachio: quòd geminæ maculæ in brachio mortuæ apparuiſſent *ſacris colubris*,

vel

vel quia coluber Iſidi ſacer erat, vel exe-crandis, & diris. *Et membra manere occultum iter ſoporis*. periphraſis veneni eſt: quod occulta, cæcaq; via ſomnum lætalem inducit. Vnde Florus loco ſuperiore admotis ad venas ſerpentibus, ſic morte, quaſi somno ſoluta eſt.

Non hac. ſenſus eſt, Cleopatra non fuit ſibi o Roma metuenda, cum tantum ciuem, hoc eſt Auguſtum habeas. *Dixit* Beroaldus ad Cleopatram, & ad Antonium refert, ſed nō placet. placet lectio. nec *Ducis* pro dixit, & aperta eſt ſententia hic enim eſt periphraſis Antonij Ducis perpetuo ebrij, cui ſēper lingua, & mens vino obruta fuit, & ſine ſenſu, vt apud Virg.

Inuadunt vrbem vino, ſomnoq; ſepultam:

Septem vrbs Indignatur poeta vrbem tantam fœminam timuiſſe. *urbs alta* periphraſis Romæ, quæ ſeptem iugis hoc eſt collibus cō ſtat, Quirinali, uiminali, eſquilino, Cælio, Palatino, Tarpeio, ſiue Capitolino, & Auentino; *alta* non tantum ſitu, quantum gloria, et excellentia, vnde ſequitur, *toti qua praſidet orbi* imperat, ac præeſt *territa marte* bello, metonymia: *manus fœmineas* impotentes.

Annibalis. Irritas, & non timendas fuiſse fœmine minas oſtendit probando per enumerationem victorū populorum inuictos eſſe Romanos, taleſq; futuros ſunt *ſpolia Annibalis* id eſt præda de pœnis, & victoria a Scipione de Annibale reportata; & de Syphace Numidiæ rege, qui ſe pœnis adiunxerat,

xerat, capto, & in triumpho cum infinitis ſpolijs Romam ducto. *Pyrri* regis Græciæ clariſſimi *gloria fructu* id eſt laus militaris attonſa: de quo Manius Curius triumphauit. Hæc bella apud Florum leguntur.

Curtius exempla ſummę pietatis erga patriam hic tangit M. Curtius, cum mediū forum in immenſam altitudinem deſediſſet, reſponſumq; eſſet compleri non aliter poſſe, quam ea re, qua plurimum Romanus populus poſſet, id M. Curtius de virtute, & armis interpretatus, armatus, & equo inſidēs ſe in eam voraginem immiſit, & ita hiatus terræ expletus fuit quod hic tangit poeta per verba expletis Lacunis. Valer. Maxim. libro quinto. cap. ſexto. de pietate in patriam.

At *Decius* exemplum eſt Decij: qui concitato equo in medio hoſtes irruit, patriæ ſalutem, ſibi mortem petens, vt inquit Val. l. 5. c. 6. Duo fuerunt Decij, qui, cum Romanam aciem inclinatam viderent, caput ſuum pro ſalute Reipub. deuouerunt, P. Decius pater, & *P. Decius fil us*: Val. vbi ſupra, & Cic. in Catone Decij ad voluntariam mortem [equos incitauerunt *miſſo equo* Apheresis immiſſo, vel admiſſo, & incitato in hoſtes. ſcal putat eſſe tmſim, *ad Decius miſſo rupit prælia*: etiam hic pro irrupit in prælia facta, vt inquit Valer. ingenti ſtrage.

Cœlius Valer lib. tertio capitulo ſecundo de fortitudine ita de hoc narrat. Etruſcis in vrbem ponte Sub icio irrumpētibus, Horatius Cocles extremā eius partē occupauit

totumq;

totumque hoſtium agmen, donec poſt tergum ſuum pons obrumperetur, infatigabili pugna ſuſtinuit. Atque, vt patriam periculo liberatam imminenti vidit, armatus ſe in Tiberim miſit. cuius fortitudinem Dij admirati incolumitatem ſinceram ei præſtiterunt &c. *Semita* extrema pars pontis, vt dixit Valer. vel primus aditus pōtis, vt Liuius, *Teſtatur* monumentum extat. *abſciſſos pontes* Synecdochi numeri, id eſt pontem ſublicium ruptum, & deiectum.

Et cui periphraſis Valerij Coruini, qui tale cognomen adeptus eſt a coruo auxiliabūdo in ſingulari certamine cōtra Gallum, quem vicit, interfecitque *Dedit habere*, vt apud Virgil. *Donat habere* græciſmus. eſt. *cognomen* vt latine loqueretur, nam agnomen nō eſt in vſu apud ſcriptores primæ claſſis.

Hæc Dij. Romam eſſe à Dijs conditam, & ſeruatam aſſerit, itaque eſſe inexpugnabilem. per Deos hic intelligit, quia Romulus auſpicato Dijs auctoribus vrbem condidit, vel etiam Romulum Quirinum, & Auguſtum deos a Romanis appellatos. Idē eleg. 4. l. 3. *Deus Caſar.* & hic vbi nulli Deorum poſtponit, niſi Ioui. *vix timeat*, vel Deos tutelares, vt Virg. *Dij patrij condiderunt* syſtole eſt vt eleg. 3. l. 1. *Hæc tibi contulerunt cœleſtia munera diui*. Virg.

Obſtupui, ſteteruntq; coma, vox faucibus hæſit.

Vix timeat. hyperbole eſt. Horat. l. 3. o. 14.

ego nec tumultum

Nec mori per vim metuam tenente

Cæſare terras.

Nunc

Nunc vbi. P. Scipio Africanus ſumma celeritate claſſem ædificauit,ornauitque;,qua traiecit in Africam , a qua debellata Africanus eſt dictus. ſenſus poetæ eſt,quondam in hoſtes Romanorum virtutem bellicam præclariſſimam , quam modò in eis deſiderat. *Claſſes Scipiadæ* Scipionis. *ſigna Camilli* ſigna Romanis adempta in prælio ad Aliā Camillus a Gallis recepit.Vnde Virg. *Referentem ſigna Camillum.*

Aut modo. ſenſus eſt , vbi modo eſt alter Pompeius ,qui in bello Mitridatico præter alias nationes,etiam Boſphoranas, Mœoticaſque domuit? *Boſphora* enallage generis eſt,& numeri,pro Boſphoris cimerius,cum etiam ſit Thracius. Boſphorus eſt fretū anguſtum,per quod Boues, teſte Solino,meatus peruios habent,vel dicemus eſſe ſyneκdochem numeri cum eclypſi dictionis. *Maria* pro vbi ſunt maria Boſphora,hoc eſt omnia maria pacata vxoris præconibus a Pompeio. Cic. pro lege Man. *manu pompeia* armis,& vi Pompeij.

Leucadius. Artificioſè celebratis tot ducibus Romanis a bellica virtute Auguſtū omnibus præfert.dum dicit hanc eius de Cleopatra , & Antonio victoriam non a quouis vate,licet Egregio, verum a poetarum Deo Apolline eſſe canendum.Qui & eum iuuiſſe in eo prælio dicitur.Apollo vero Leucadius dictus eſt a Leucade Ambraciæ , & Epiri promontorio, ſiue peninſula, vbi templum habebat , quod ſcribit Suetonius ab Auguſto fuiſſe ampliatum. Actius etiam dicebatur.Ou.in ep.Saphus. *Ara-*

Ambracia eſt terra petenda tibi
Phœbus ab exc. lſo, quantum patet, aſpicit æquor,
Acteum populi, L. ucad umq; vocant.

Memorabit celebrabit, referet. *verſas acies* Antonij claſſem infugam verſam. & ita exitum belli perſtringit. *vna dies ſuſtulit* omnino confecit; *tantum operis belli*, tam operoſũ, tamque difficile bellum poſſumus etiam ita diſponere verba, *vna dies belli* id eſt bellum vnius diei. & hic celeritas confecti belli, & magnitudo extollitur. ita res ingentes perſtringunt lyrici poetæ.

At tu tandem in gratiarum actionem hortatur, & qui iam nauigauit, *ſiue petes portus*; & qui nauigaturus eſt, *ſiu nauita linques*, in Ionio mari; quod eſt ea maris pars, quæ ſupra fauces Adriatici inter ſitiam, & cretam expanditur ex Plin. vt velint eſſe memor Cæſaris, id eſt gratus Cæſari, quia eius beneficio tuto nauigatur.

Elegiæ X. ex ſelect. Propertij.

Argumentum.

CVm Marcellus Octauiæ ſororis Auguſti filius annum ætatis ſuæ vigeſimũ agens. & cui Iuliam filiam Auguſtus deſponſauerat, in Baiano ſeceſſu ex poeta perijſſet, eius obitus hac Elegia defletur ex tacito iã pontificatu, & ędilitare ab Auguſto donatus fuerat. Huius Marcelli Elogium habes apud Senecam ad Marciam c. 2 *Adoleſcentem animo alacrem, ingenio potentem; ſed & frugalitatis,*

conti-

continentiaq; in illis aut annis, aut opibus non mediocriter admirandum, patientem laboris, voluptatibus alienum, quantumcumq; imponere illi auunculus, & vt ita dicatur, inædificare voluiſſet, laturum. Sed Virgilius huius Marcelli funus diuinitus deſcripſit in fine lib. 6. Aen. Quod argumentum in hac Elegia eſt poeta imitatus.

Elegia.

Clauſus ab vmbroſo quà alludit Pontus Auerno
Humida Baiarum ſtagna tepentis aquę,
Qua iacet & Troiæ tubicen Miſenus arena,
Et ſonat Herculeo ſtructa labore via,
Hic vbi mortales dextra cum quæreret vrbes,
Cymbala Thebano concrepuere Deo:
At nunc inuiſa magno cum crimine Baiæ,
Quis Deus in veſtra conſtitit hoſtis aqua?
His preſſus ſtygias vultum demiſit in vndas,
Errat & in veſtro ſpiritus ille lacu.
Quid genus, aut virtus, aut optima profuit illi
Mater, & amplexum Cæſaris eſſe focos?
Aut modò tam pleno fluitantia uela Theatro
Et per maternas omnia geſta manus?
Occidit, & miſero ſteterat vigeſimus annus:
Tot bona tam paruo clauſit in orbe dies
I nunc, tolle animos, & tecum finge triumphos,
Stantiaq; in plauſum tota theatra iuuent.
Attalicas ſupera veſtes, atq; omnia magnis
Gemmea ſint ludis, ignibus iſta dabis.
Sed tamē huc omnes, huc primus, & vltimus ordo.
Eſt mala, ſed cunctis iſta terenda uia eſt.
Exoranda canis tria ſunt latrantia colla.
Scandenda eſt torui publica cymba ſenis.

Ille

Ille licet ferro cautus ſe condat, & ære,
Mors tamen incluſum protrahit inde caput.
Nerea non facies, non vis exemit Achillem,
Crœſum aut, Pactoli quas parit humor, opes.
Hic olim ignaros luctus populauit Achiuos,
Atridæ magno cum ſtetit alter amor.
At tibi nauta, pias hominũ q traijcis vmbras,
Huc animæ portent corpus inane tuæ,
Quà Siculæ victor telluris Claudius, & quà
Cæſar ab humana ceſſit in aſtra via.

Artificium.

HAec Elegia, qua Marcelli interitus deſcribitur, hæc præcipua capita continet deſcriptionem loci, in quo occubuit: *Clauſus ab vmbroſo* Marcelli obitum: *His preſſus* Grauem conqueſtionem, quod nihil ei proficere potuerit, vt in vita remaneret, qua occaſione eius laudes perſtringuntur: *Quid genus*. locum communem, quo probatur nulli fortunæ, nullis opibus, nullis bonis eſſe fidendum, quod omnes nemine excepto moriantur. *I nunc*. Inductionem eorum, qui nulla ratione a mortis conditione ſe eximere potuerunt: *Ille licet*. Tandem apoſtrophem ad Charontem, qui rogatur, vt Marcellum ad ſuperos euehat, qua eius maiores perducti fuerunt: *At tibi nauta*.

Cum argumentum huius Elegię tenue eſſet, deploratio ſcilicet mortis Marcelli adoleſcentis, qui res geſtas nõ habebat, ad epiſodia per deſcriptiones, & locos communes, ac fictiones, vt iuſtam elegiam efficeret, ſe contulit.

Clauſus: Baianas aquas deſcribit, in quibus ſummerſus fuit Marcellus, ab adiunctis illarum ſinus : quæ ſunt periphraſis Cumani litoris: *pontus Clauſus* : Auernus lacus; promontorium Miſenus: via Herculea : cultus Herculis de illa regione benemeriti, in qua Gygantes interfecit: *Cymbala Thebana* poeticum ornatum videamus. Eclypſis ſententiæ huius eſt. Locus obitus Marcelli eſt. *Qua pontus Clauſus*.mane Cumanum ad Tenedū: *Clauſus* ob Auernum clauſtra ponti efficientem; qui vmbroſus fertur propter ſyluas, & nemora. Virg. *Et Auerna ſonantia ſyluis*. nam in ſingulari virilis generis eſt, & in plurali neutrius Hunc locum Plutoni dicatum putauit antiquitas, & inferorum limen: vnde a poetis per ſynecdochem pro inferis vſurpatur. *Alludit* ludendo abluit, & madefacit, quia quaſi quidam eſt vndarum, & fluctuum luſus ducta ſimilitudine a gladiatorum acceſſu, & receſſu ſtat. 9. Theb *Extremis alludunt aquora plantis* : *Humida ſtagna tepentis aqua Baiarum*, periphraſi: Balneorum, quæ ſunt iuxta Baias Ciuitatem Campaniç. ſtagna appellat, quòd ibi ſtent aquç tepentes, & calidæ, quç celeberrima erant, quia ad voluptatem, & ad varios morbos ſanandos accommodatç. *Humida* otioſum epitheton. Virg. dixit *humida vina*. videatur Rhetor. l. 3.c.6.Baię ab Horatio commendantur epiſt. 1. l.1.

Nullus in orbe ſinus Bais prælucet amœnis.

Qua iacet periphraſis promontorij Miſeni, qui a Miſeno tibicene Aeneę in litore pro-

promontorio vicino ſepulto ita denominatus fuit. *Troia* enallage ſubſtantiui pro adiectiuo Troianus. *iac. t* ſepultus eſt, *arena* eclypſis præpoſitionis in & metonymia adiuncti pro ſubiecto, in litore, quod litus arenoſum ſit.

Et ſonat. intelligitur etiam *qua via ſtricta* extructa, & munita, *Herculeo labore* ab Hercule laborioſo: *ſonat* reſonat ob frequētiam tranſeuntium, vel ob fluctuum ſonitum, vt apud Virg. *reſonantia litora* Hanc viam Hercules non procul a Bais muniuit, vt illac Gerionis boues traduceret. Strab. Hunc Cic. in Rullum multarum deliciarum vocat.

Hic vbi. laus eiuſdem loci a religione. Ibi enim Hercules, vt optime meritus de illa regione, in qua Gygantes interfecerat, colebatur cymbalis crepitantibus. *Cymbala concrepuere Deo Thebano*. Herculi Thebano Thebis Beotiæ oriundo. *Deo* prolepſis id eſt futuro Deo, cum tum mortalis eſſet *tympana concrepuere* pulſata fuere, conſequens pro antecedenti in eius honorem. *cum quæret vrbes mortales* deſcriptio temporis: cum conquereret, & in poteſtatem ſuam redigeret, domaret, ſecundum ſcaligerum, nam Beroaldus legit, *conderet* quia dicit eum ædificaſſe Herculaneum, & Pompeios adhereo ſcal. ob dictionem *dextra* id eſt vi, & armis. *vrbes mortales.* quia & ipſæ intereunt. vel *mortales* hypalage eſt, pro ipſe mortalis, vel mortalis legatur, paſſeratius.

At nunc. ſenſus eſt, antea ob amęnitatem erant iucundiſſimæ; nunc propter obitum

Mar-

Marcelli ſunt factæ inuiſæ. Paſſeratius putat hic eſſe diſſimilitudinem ob verba *magno cum crimine* ſic antea inuitæ quidem fuerunt, ſed paruo cum crimine hoc eſt ſtupri, & impudicitiæ; modo quia conſceleratæ morte Marcelli cum magna inuidia, & infamia. placet magis ſuperior expoſitio ob laudes eiſdem ſupra attributas.

Quis Deus. remouet crimen ab aquis, cum ſalutares eſſe ſolerent, & in aliquod numen infeſtum Romanis transfert, quod ibi conſederit, & aquas infecerit, vt Marcellus interiret itaque dixit, *hoſtis* quod tanto bono Romanorum inuideret. quo magis Marcelli laus augetur.

His preſſus. Ratio eſt, cur nunc inuiſæ, quia in eis Marcellus perijt. quod poetice expreſſit periphraſi mortis. *preſſus his aquis demiſit vultum in vndas ſtygias* perijt aquas ſtygias, interijt qui ſummergitur, vultum demittit grauato capite. dicunt etiam demittere orco, mortique pro interficere. *errat* extremum habitum ſignificat pene adhuc ſpirantis mortui. vel *ſpiritus* id eſt vmbra, cum in ſepultorum errarent centum annos *ſpiritus ille* pronomen energiam habet, tantus, tã dignus. *lacu* ſupra appellauit ſtagna. *veſtro* apoſtrophe ad Baias aquas.

Quid genus. Grauis conqueſtio, quod tam præclara Marcelli adiuncta nihil ei profuerint, & artificioſa eſt illius laudandi breuiter ratio, atq; poetica. quæ vero attribuit, ſunt, genus, id eſt auita nobilitas gẽtis Claudiæ; virtus, hoc eſt indoles virtutis maxime, Vnde Virg. de eodẽ in 6. G *Nec*

Nec puer Iliaca quiſquam de gente latinos
In tantum ſpe tollet auos : &c. Vbi laudatur a triplici virtute, pietate, fide, & fortitudine, quæ eſſent in illo maximæ, ſi perueniret ad virilem ætatem. & laudatur per collationem maiorum. *optima mater* Octauia Augusti ſoror, maxime pia. Adoptatio, nam ab Auguſto adoptatus fuerat. *& amplexum* nã, vt inquit Scal. ante larem domeſticum adoptiones fiebant. alij referunt ad arctiſſimum vinculum affinitatis cum Cæſare, quia ei nupſit Iulia Cæſaris filia *focos* pœnates, domum.

Aut modo. Aedilitatis dignitas notatur. Nam ædilis creatus theatrum velis inũbrauit. quod theatrum Auguſtus nomine Marcelli ſtruxit, & dedicauit. *Fluitantia* pendentia, & laxa, ac facile vento agitanda. Ouid. 11. Met.

Vela tamen ſpectant ſummo Fluitantia malo.

Per manus id eſt ab Octauia adminiſtrata, & tractata in ædilitate. & eſt commendatio a pietate erga matrem. *per manus* manibus.

Occidit pathos ab ętate, quòd perierit in ætatis virentis Floſculo. magis Propertio, quam Seruio credendum dicenti eum in valetudinem incidiſſe anno decimo ſexto, & perijſſe decimo octauo. Quòd deinde Propertius contra receptam opinionem ſcribat Marcellum in aquis Baianis ſubmerſum interijſſe, eum conſtet ab Antonio Muſa medico iuſſu Liuiæ aquarum frigidarum leſionibus erectum fuiſſe, excuſatur a Scaligero. quia voluerit magis mendax Liuię adulari, quam

quam verum dicendo periculum ſibi creare. *ſteterat* ſtetit, currere deſijt ætas, enallage temporis.

Tot bona. epiphonema, iam expoſita, fortunæ ob genus, diuitias, cõiugium, ædilitatẽ: animi, ob virtutem, & indolem, corporis ob ætatem. *in orbe clauſit.* tam paruo annorum ſpatio circumſcripſit.

I *nunc* digreditur in locum communem; quo probat ſpem magnarum rerum morte fruſtrari, ac neminem ſibi craſtinum polliceri poſſe. *I nunc* reprehenſio eſt, *tolle animos* magna mente concipias: *finge tecum triumphos* ſpem triumphorum animo tuo reuoluas *cuncta theatra ſtantia* omnes ſpectatores ſtãtes, metonymia continentis pro re contenta. *ſtatim* quia aſſurgebant honoris cauſa plauſum daturi. *in plauſum* ad

Attalicas Habeas pretioſiſſima indumenta, phrygia etiam ſuperantia, aulea auro intexta, tandem ſint tibi gemmea omnia: tamẽ hęc omnia ignibus tecum trades. Quod pretioſiſſima quæq; ſolerent cum mortuo in rogo cremari: *Attalicas veſtes* ſynedoche ſpeciei pro genere, nobiliſſimas. *omnia gemmea* ex ſolida gemma, quod fieri nequit, ideo hyperbole eſt: *magnis ludis* præpoſitionis *in* & periphraſis ludorum Romanorum, quos Aediles curabant, & Aedilis curulis Marcellus erat. Magni dicebantur ex Pediano, vel quòd magnis impenſis darentur, vel quod Dijs magnis, hoc eſt Ioui, & Cõſo, & Laribus dicati eſſent: qui & Circenſes vocabantur. Virg.

Magnis Circenſibus actis. Ignibus iſta dabis allegoria, tibi non proderunt, tecum inſcribunt, & auferentur.

Sed tamen. ſenſus eſt, nec ſolum diuites, ac ſummi intereunt, *ſed tamē* ſed etiam omnes. Hor. od. 1. l. 3. *Omne capax mouet vrna nomen.* Hic igitur eſt ſubiectio, ſiue obiectio, & eclypſis verbi *tendimus*, vel *rapimur* enallage aduerbij *huc*, pro illuc expolitio per diuiſionem, *primus, & vltimus ordo*, cum eclypſi dictionis hominum. Horat *pallida mors æquo pulſat pede pauperum tabernas, regumq; turres.* ſed in Propertij loco eſt alluſio ad ordines ciuitatis Romanæ. qui tres erant, ſummus ſenatorum, & patriciorum, medius Equitum, vltimus plebeiorum.

Eſt mala via: iter ad inferos, & mortis eſt odioſum, malumque vulgo habetur. *ſed cunctis iſta terenda via.* expolitio eſt ſuperioris: *ſed tamen huc omnes. terenda*, calcanda.

Excranda. ſententiam exaggerat per conſequentia mortem. Nam ex Ethnicorum ſuperſtitione, ſiue ex fabulis poſt mortem Cerberum canem tricipitem, mulcere cupiebant, ne ſibi allatraret: preterea tranſuehendi erant cymba Charontis ad aliam paludis orci ripam. quæ res à Virg. in 6. plene deſcribitur.

Portitor has horrendus aquas, & flumina ſeruat
Terribili ſqualore Charon: cui plurima mento
Canities inueba iacet. ſtant lumina flamma
Sordidus ex humeris nodo dependet amictus:
Ipſe ratem conto ſubigit, velisq; miniſtrat

Et

Et ferrugineâ ſubuectat corpora cymbâ
Iam ſenior; ſed cruda Deo, viridiſq; ſenectus.

Tria colla ora tricipitis canis Cerberi, synecdoche partis pro parte *latrantia* allatrātia apheresis. Ne allatrarent Aeneæ, cum ad inferos cum sybilla deſcendit in 6. Aen. oſſa medicata de multa fuerunt. Virg. 6.

Cerberus hic ingens latratu regna trifauci
Perſonat, aduerſo recubans immanis in antro:
Cui Vates horrere videns iam colla colubris,
Melle ſoporatam, & medicatis frugibus offam
Obijcit: ille fame rabida tria guttura pandens
Corripit obiectam, atq; immania terga reſoluit
Fuſus humi, totoq; ingens extenditur antro.

Scandenda metonymia antecedentis pro ſequenti: omnes debent transportari Cymba Charontis. *publica* omnibus populis patens. *Torui ſenis* periphraſis Charontis feri.

Ille licet. Neminem mortem poſſe vitare inductione per enumerationem exornat, & amplificat: non armis æneis totus munitus; non eximia pulchritudine ornatus, vt Nireus; non fortiſſimus, vt Achilles; non ditiſſimus, vt Craſſus; non validiſſimi exercitus, vt Argiuorum in bello Troiano. Nihil ergo a morte liberat. poeticas phraſes ita fecit. *Ille cautus* non re, ſed opinione ſua prouidus, & callidus, cum ita non caueat mortem. *ſe condat* tegat, abſcondat, aphereſis. ferro, & ære, armis, ferreis, & æneis, metonymia materiæ pro armis ex ea factis; & alluſio ad cataphractum, vulgo. Huomo d'arme, armato da capo a

 piedi.

pi edi. *Mors tamen protrahit inde caput* ad ſepulchrum, interficit. Ita Mart. *Scit te Proſerpina canum perſonam capiti detrahet illa tuo.*

Nerea non facies. Forma non *exemit* excepit, & liberauit a morte. Nerea accuſatiuus grecus eſt. De huius eximia pulchritudine agit Hom. Iliados. i. omnium Græcorum, qui ad Troiam nauigauerunt formoſiſſimus fuit. Homer *Formaq; vincas Nerea.*

Non vis non robur, ac vires: non opus Creſum ob diuitias memoratiſſimum. *quas* periphraſis auri, quod Pactolus fluuius Lidię defert arenis aureis. *Humor* synedoche generis pro ſpecie

Hic olim. Hoc etiam ad inductionem ex Beroaldo pertinet, ſi ſic exponatur *H cluſus* hæc mors per metonymiam effectus pro cauſa *populauit* debaccata eſt, pene exhauſit funeribus caſtra, & legiones Achiuorum in Troiano bello. *ignaros* vnde eſſet illa peſtilentia, antequam edocti a Calcante fuiſſet. quæ ab Apolline immiſſa erat precationib. ſacerdotis Chriſæ. Hom Il. i.

Atrida ſi de Helena intelligenda eſt, Atridæ pro Menelao explices, cui *alter amor* Helenæ recuperatio, ob quam bellum Troianũ extitit, *ſtetit magno* apherefis conſtitit, & eclypſis dictionis pretio, id eſt ingenti pretio comparata eſt. & elocutio venuſtior eſt. Virg. *Magno mercentur Atridæ.* Varro 3. de re ruſt. *Piſcinæ implentur magno, aluntur magno.* Magis tamen probant, vt *alter amor Atridæ* id eſt Agamẽnoni tribuatur; qui poſt Chryſeidam reſtitutam patri adamauit Briſeida,

eamq;

eamq; abduxit Achilli. ex quo indignabundus noluit pugnare aduerſus Troianos, qui ferocius inuadebant Achiuos: idcirco dixit *magno ſtetit* irato nempe Achille. Paſſeratius vero putat eſſe comparationem luctus populi Romani de morte Marcelli cum luctu Græcorum ob amiſſos tot ſocios, & ita eſt reditus a digreſſione.

At tibi. Finis Elegiæ per apoſtrophem ad Charontem, quem rogat, vt velit Marcellum ad ſuperos vehere, qua proauum ſuum M. Claudium Marcellum, & Iulium Cæſarem vexerat, & ex arte Elegiam claudit oratoria. nam, vt diximus in Rhetore, in mortuo laudando, conſolandi ſunt cognati a meliori vita, & felicitate comparata. videatur l. 2. c. 30. Rhetor. vbi explicatur artificium Eclogæ 5. Virg.

At tibi. tibi vacat, tamen ad ornatum pertinet. *Qui trahis* vehis, tranſportas in alteram ripā, periphraſis Charontis ab officio ducta. *pias vmbras hominum* pios homines, hypalage eſt. & pios ſeparatim ab alijs vehebat; in quorum numero Marcellum reponit. *Animæ tuæ* venti tui vela cymbæ tuæ impellentes. Hor. *Impellunt animæ lintea Thraciæ.* vel melius vmbræ, quas vehis, & remigant eleg. 27. l. 2. *Stygia* ſedeat ſub arundine remex. *portent corpus inane* vehant cadauer Marcelli ſine ſēſu, & anima, & fortaſſe alluſio eſt ad hiſtoriam Aegyptiorū, apud quos Charon corpora mortuorum vehebat ad ſepulturam certum in locum: vnde fabula Charontis a poetis eſt conficta. Hoc etiam

dixit Vigil. in ſexto

Corpora viua nefas ſtygia vectare carina.

ergo mortua fas erat. vehebat vero pios in campos elyſios.

Quam ſiculę duo innuuntur, qua via, & quo vectandus eſſet, ad ſuperos: tum exempla, vt fieri poſſe res videatur, *quà Claudius*, *quà Cæſar ceſſit* conceſſit, deceſſit: *ab humana via* a mortali vita; *in aſtra* in immortalem. Paſſeratius interpretatur ab Appia via, quia legit apud Senecam in mortem Claudij. velit, nolit, neceſſe, eſt ei omnia videre, quæ in cęlo agantur. Appiæ viæ curator eſt, qua ſcis Auguſtum, & Tiberium Cæſarem ad Deos iſſe.

Claudius victor. Fuerunt duæ familiæ Claudiorum Romę patricia pulchrorum, & plebeia Marcellorum, & plebei Claudij non minus illuſtres, & potentes erant, quam patricij M. igitur Claudius Marcellus proauus erat huius Marcelli, & victor ſiculæ telluris dicitur, propter bella in Sicilia geſta contra Pœnos, & Siculos pœnis adhęrentes, & inprimis contra Syracuſanos, cuius ciuitatis euerſionem lacrymis iproſequutus eſt, qui deinde fuit patronus ſiculorum hæc Beroaldus. exemplum deinde Cæſaris Auguſti attulit, quia in Iuliam familiam adoptatus fuerat Marcellus.

Elegiæ

Elegiæ X ex ſelect. Propertij.

Argumentum.

CVm M. Volcatius Tullus, proconſul in Aſiam ad Cyzicenos regendos miſſus fuiſſet, vt Elegia 6 lib. I. indicat, & diutiſſime abeſſet: hac elegia Propertius ad vrbem Romam habitandam reducere contendit, probans in toto terrarum orbe nihil eſſe Roma ſplendidius, quin ſolam omnia continere, quæ alibi mirantur homines.

Elegia.

Frigida tam multos placuit tibi Cyzicus annos,
Tulle, Proponciaca qua fluit Iſthmos aqua,
Dyndimus, & ſacra frabricata inuenta Cybellæ,
Raptoriſq; tulit qua via Ditis equos.
Si te forte iuuant Helles Athamantidos vrbes,
Nec deſiderio Tulle mouere meo:
Tu licet aſpicias eelum omne Atlanta gerentem,
Sectaq; Perſea, Phorcidos ora manu,
Gerionis ſtabola, & luctantem in puluere ſigna
Herculis, Anthaiq; Heſperidumq; choros;
Tuq; tuo Colchum propellas remige phaſim,
Peliacaq; trabis totum iter ipſe legas,
Qua rudis Argoa natat inter ſaxa columba
In faciem prora pinus adacta noua;
Et qua Gygai viſenda eſt ora Cayſtri;
Et quà ſeptenas temperat vnda vias.
Omnia Romanæ cedant miracula terra.
Natura hic poſuit, quidquid vbiq; fuit.

Armis apta magis tellus, quam commoda noxæ.
Famam, Roma, tuæ non pudet historia.
Nam quantum ferro, tantum pietate potentes
Stamus: victrices temperat ira manus.
Hic Atrio Tibur te fluis, Clitumnus ab Vmbro
Tramite & æternum Martius humor opus.
Albanus lacus & ſocij Nemorenſis ab vnda,
Potaq; Pollucis nympha ſalubris equo.
At non ſquamoſo labuntur ventre ceraſtæ,
Itala portentis nec furit vnda nouis.
Non hic Andromedæ reſonant pro matre catenæ,
Nec tremis Auſonias Phœbe fugate dapes.
Nec cuiquam abſentes arſerunt in caput ignes,
Exitium nato matre parante ſuo.
Penthea non ſaua venerantur in arbore Bacchæ,
Nec ſoluit Danaas ſub dita cerua rates,
Cornua nec valuit curuare in pellice Iuno,
Aut faciem turpi dedecorare boue:
Arboreaſq; cruces ſinis, & non hoſpita Grais
Saxa, & curuata in ſua fata trabes.
Hæc tibi Tulle parens, hæc eſt pulcherrima ſedes.
Hic tibi pro digna gente petendus honos.
Hic tibi ad eloquium ciues, hic ampla nepotum
Spes, & ventura coniugis aptus amor.

Artificium.

HAec Elegia deliberatiuæ cauſæ eſt, in qua artificioſe poeta & reditum Tullo ſuadet, & Romam patriam ſummis laudibus effert. Argumenta, quibus vtrumq; præſtat, a iucundo, tuto, honeſto, & vtili ſunt ducta, vt in explanatione oſtendemus.

Frigida primum argumentum a iucundo eſt.

eſt. ſi Tullus delectatur rerum mirabilium aſpectu, plures eſſe, ac mirabiliores in agro Romano, quam in toto terrarum orbe, enumerationem facit rerum huiuſmodi, quæ alibi ſunt, tum quæ apud Romanos. A Cyzico incæpit, quæ fuit vrbs magnitudine, & pulchritudine cum primis Aſiæ vrbibus comparanda, paci, & bello apta, tribus armamētarijs inclita, quorum aliud armorum, aliud inſtrumentorum, aliud frumenti erat receptaculum. L. Florus lib. 3. Cyzicon nobilis Ciuitas arce, mœnibus, portu, turribuſq; marmoreis Aſiaticæ plagæ litora illuſtrat. Poeta tamē, vt Tullum ad eam deferendam inducat, frigidam eam appellat. & ideo admiratur, & reprehendit Tullum, quod tamdiu ibi fuerit moratus. *Cyzicus frigida placuit tibi*, potuit tibi placere, *tot annos*.

Propontiaca. Ab adiunctis deſcribitur. Nā hæret, vt inq̄t Ouid. oris propontiacis. Iſthmos anguſtia quædam terræ eſt inter peninſulam, & continentem. Propontis pars eſt maris mediteranei ab Heleſponti anguſtijs, ad Boſphorum Tracium, ſeu ad pontum Euxinum, ita dicta, quod ante pontum ſit poſita. *Iſthmon fluit* hypallage eſt, id eſt, qua aqua fluit Iſthmo propontiaco: vel *fluit* pro fluidus ſit alluuione, alluitur *Dyndimus* mōs eſt iuxta Cyzicum auertice, a quo etiā Cyzicus Dindymus fuit appellata auctore Plinio *& ſacra* adiunctum ab ædificijs, & Scal. ita explicat: *& inuenta fabricata* pro fabricæ ipſæ. *Cybellæ ſacra*. Quòd opidum illud Cybelem coleret. *Cybella* epentheſis eſt pro

cybelæ. Paſſeratius legere vellet.
Dindima quæ ſacra fabricata in templa Cybella.

Raptoriſq; periphraſis eſt Plutonis, & Proſerpinæ, atq; alluſio ad ſpecum Acheruſium, qui ad manes peruius eſt. Nã, ex sẽtẽtia Propertij. Pluto raptam Proſerpinam ad inferos aſportauit per Acheruſiũ ſpecum in Propõtide ad Haracleum ponti. licet Cicero cũ alijs dicat in Sicilia raptã non longe a Siracuſis, & ſub terra aſportatam. Quod ſigmẽtum Phornutus exponit de ſterilitate terrę, & fame, cum terra retenta ſemina, non redderet. *fulit equos.* currum trahentes. *Diris raptoris* Plutonis, qui diuitiarum eſt deus. quod ex Tullio omnia e terra oriantur, & eo recidant. alij per antiphraſim dictum putant.

Si te forte periphraſis vrbium Heleſpõtiacarũ, quę sũt Abydos, Lampſacum, parium, & priapos. Helleſpontus fretum eſt anguſtũ inter Aegæum, & propontidem, ita dictum ab Helle puella ibi ſubmerſa, quę Athamantis filia fuerat, inde patronymicũ Athamantis filia fuerat; vnde patronymicum Athamantidos. *Nec mouero* nec moueris; *deſiderio meo* vel pro mei paſſiue, quod ſæpe reperitur, vel meo actiue, quod habeo tui videndi.

Tu licet addit multa alia mira, & memorabilia, quę in orbe terrarum aſpiciuntur, quæ tamen dicet maieſtate, & pulchritudinę Romanis rebus cedere debere. *Atlanta gerentem omne cœlum* ſuſtinentem humeris totũ celum. fabuloſũ eſt; re vera Athlas, ex ſeruio, aſtrologus fuit, qui Herculem aſtrologiã docuit, & Plin. auctorem ſphere facit. vnde locus

cuius factus eſt tabulæ.vide artificiũ noſtrũ in odem 9. Hor. *Mercuri facunde nepos Atlantis.*

Sectaq; periphraſis Meduſæ, quæ phorcis nominatur a Phorco genitore. Hæc vna ex Gorgonib⁹,fuit quarũ capita draconũ ſquamus obſita fuiſſe dicũtur, dẽtes maximi ſuiſ inſtar, itẽ manus,& alæ.quib. per aera ferebãtur,ac in ſe intuẽtes in ſaxa vertere, & e tribus ſola mortalis fuiſſe fertur, & ideo a Perſeo decollata. quam fabulam explicat Gyraldus in hiſtoria Deorum synt.5.

Geriona ſtabula. Armenta per metonymiã cõtinẽtis pro re cõtẽta. Geriõ Hiſpaniæ rex ab Hercule fuit interfectus,ac eius armenta abacta.Finxerũt tricorporẽ,vel quod Hiſpaniæ trib.inſulis præeſſet proximis,Balearicę maiori, & minori, & Ebuſæ: vel ꝙ tres fratres vnanimes, & concordes eſſent. alij ad tria vitia ſermonis,animi, & corporis referunt,quę Hercules vicit.Gyrald. in hiſt Herculis.Geriones æ,& Gerion nis declinatur.

Et luctantũ. lucta Herculis cum Antæo gigante Neptuni filio, quem Hercules deuicit cuius ea vis fuiſſe memoratur;vt quoties terram matrem attingeret,eò fortius,& acrius hoſti inſtaret. idcirco illum ſublatum,brachijs, & pectore nitens Hercules compreſſit; vt adhuc in ſtatuis antiquis marmoreis præclare cum Romæ, tam alibi cernitur. Antæi ſepulchrum, & tibiam cubitorum ſexaginta in Mauritania fuiſſe memorant. reliqua Gyraldus refert in Herculis hiſtoriar. *Signa Herculis, & Antæi luctantum* id eſt veſtigia paleſtræ im-

impreſſis pulueri pedibus, genibus, totoque corpore.

Heſperidumq; choros. id eſt cœtus Heſperidum ſaltantium, & canentium circa illam arborem mala aurea ferentem. itaque periphraſis eſt illius fabulæ. Nam reuera ſecundum Seruium nobiles puellæ fuerunt, quarũ greges abegerat Hercules earũ paſtore interfecto, vnde locus fabulæ de malis aureis Heſperidum. Nam oues aut propter earum decorem, aut quod ex pecoribus antiquis diuitiæ conſtabant, aureæ appellatæ ſunt, aut quia Græci & pomum & pecus eadem dictione ſignificant. Hæc Gyrald. in Hercule. multa alia Paſſeratius de his.

Teq; tuo. ſenſus eſt, ad eas etiam ſtudio videndi mira, tuiq; oblectandi, regiones eas nauigando ad eas, quas Iaſon peragrauit, cum ad vellus aureum ſurripiendum ſe contulit: tamen in patria tua & plura, & admirabiliora conſpicere poteris. ſed cum ſyntaxi poetica videamus ornamenta.

Tu propellas Phaſim Colchum: nauiges per Phaſim Colchum figurauit ſententiam loco coniunctorum, ſiue conſequentiũ, qui enim nauigat neceſſario aquas agitat, & impellit: tum metonymia continentis pro re contenta, *phaſim* pro aquas phaſidis, vt apud Ouid.

Impellit properantibus æquora remis.

Colchum Colchicum syncopa Phaſis eſt fluuius Colchidis. *tuo remige* tua nauigatione metonymia cauſæ pro effectu. *Ipſe legas totum iter* conficias, prænauiges: Virg. Littoraq;

toraq; Epiri legimus. *trabis peliaca* periphraſis nauis Iaſonis, quæ ex arboribus in Pelio monte natis fabricata erat. *trabis* metonymia materiæ pro re ex ea facta, id eſt naui. Hor. *trabe cypria* vt infra *pinus rudis.*

Quà pinus rudis. materia nauis informis; *adacta in faciem noua prora* redacta, & conuerſa in formam nauis, poſita prora parte pro tota naue per synecdochem: *noua*. quia illa fuit prima nauis Argo dicta a ſuo artifice, qua Iaſon in Colchidem vectus eſt. *Natat inter ſaxa*. fertur, labitur inter cautes cōcurrentes. *natat vncta carina* inquit Virg. *columba Argea*. Eclypſis prępoſitionis *cum*. Phineus enim Argonantas monuerat, vt ad symplegadas viæ ducem columbam emitterent: quam Argoā poeta appellat ab Argo naue.

Et qua ora: regio *Cayſtri Gygai* per quam fluit Cayſter fluuius Lidæ Sardibus proximus, ita dictus a rege Gygæo Lydorum, a quo etiam Gygæus lacus eiuſdem regionis. alij legere vellent, *Cygnei*, quia regio illa cygnis abundet, & Beroaldus ob eandem cauſam *o lor feri* ab oloribus, hoc eſt Cygnis. *eſt viſenda* viſu digna, ſpectanda, & conſpicua ob amœnitatem, & vrbium nobilitatē.

Et qua periphraſis vel Nili eſt, vel Gangis, qui ſeptem oſtijs celeberrimis inclyti ſunt. de Nilo Virg. *Et ſeptem gemini turbam ſeptem oſtia Nili*: de Gange *Cum ſeptem ſurgēs ſedatis amnibus altus. per tacitum Ganges*.

Quem locum videtur hic imitatus Propertius. Nam quod ille ſedatos amnes vocat, id reſpondet verbis Propertij, *ſeptenas*

tem.

temperat vnda v as. temperat ſeptenas vias, id eſt curſum fluminum. cum *vnda* id eſt ingens flumen diuiditur in flumina certe ſuum moderatur curſum, ac minus rapidum reddit. alij pro vnda *vna* id eſt via legunt,

Omnia Romanæ. enumerata orbis mirabilia Romanis miraculis dicit ceſſura. *Natura hic.* ratio eſt, quia natura hic omnia poſuit, quæ in orbe toto ſunt.

Armis apta. laus agri Romani a rebus, quas producit, magis bellicoſos homines, quam res noxias, ac nocentes.

Famam. Rerum Romanarum laus a veritate. quam ſententiā ornate expreſſit varijs tropis, apoſtrophe ad Romā, & metonymia continentis pro re contenta, Roma, Romani; alia adiuncti pro ſubiecto *Famam* homines, metaphora ab homine *non pudet* tertia metonymia continentis pro re; contenta, *tua hiſtoria* tuarum rerum geſtarum narrationis. Non autem pudet, quia mendacij argui nequit, quod vera narret.

Nam quantum. laus Romanorum a bello pietate, fide, & clementia, per collationem a pari. quæ amplificat a temporis periphraſi. *ſtamus* & ſumus, & futuri ſumus. vt elegia 2. lib. 3. *Ingenio ſtat ſine morte decus.*

Victrices temperat ira manus laus a clementia. *Ira temperat* lenit, moderatur, mollit *manus victrices* victores docet moderari victoriam, & victis parcere. cum victoria ſua ſit inſolens. maxima Romanorum laus, quos ita ipſa temperatos efficit, cum potius ad ſæuitiam

etiam incitare ſit apta. itaq; Lypſius citatus à Paſſeratio pro ita *illa* ex coniectura emendat, ſcilicet pietas.

Hic Anio. a fluminibus, & aquis Romanum agrum commendat, & ſunt Anio fluuius fluens per agrum Tiburtinum, ideo dixit *tiburte* pro Tiburtine, vulgo appellatur il Teuerone Clitumnus ab vmbria fluens, vnde dixit ab vmbro tramite, hoc eſt ab vmbriæ ſylua, quia illic frequentes ſunt tramites. Huius aqua pota candidos boues facit. Aqua Martia, quam appellat opus æternum, hoc eſt monumentum aquę ductus nunquam interiturum & hoc in laudem Auguſti, qui ita de ſe in breuiario rerum a ſe geſtarum loquitur. *Aquam, qua Martia, vulgo Maria, appellatur, duplicaui fonte nouo in riuum eius ita miſſo.*

Albanus lacus, & Nemorenſis, quem Albani ſocium appellat, quia, vt inquit Scal ab eiſdem fontibus fluunt. Albanus dictus eſt, quia in nemore Albano eſt, cuius aquæ intumeſcentis prodigio Veij capti ſunt. Val. l. 1. cap. 6 de prodigijs prope hunc eſt lacus Nemorenſis pro[illegible]er nemus Aricinum Dianæ conſacratum. *potaq. pollucis* periphraſis Iuturnæ fontis, qui Romæ erat, cuius aquam bibi Cyllarus equus pollucis. commendatur a ſalubritate, *lympha ſalubris* & eſt alluſio ad etymologiam Iuturnæ. Nam, vt ait var, *ab aquæ lapſu lubrico lympha Nympha Iuturna, quæ Iuuaret. itaque multi ægroti propter id nomen, hinc aquam petere ſolent.* De hoc fonte Romam ad

omnia

omnia ſacrificia aqua afferri conſueuerat. *Nympha*, putabatur ab antiquis aquarum Dea, & numen quaſi lympharum. itaq; hic & Lympha, & Nympha legi poteſt: licet melius Nympha, pro Iuturna illius fontis dea tropi ſunt hic, *Tiburte* pro tiburtine: *vmbro* vmbrio: *tramite* pro ſylua metonymia adiuncti pro ſubiecto, quod in ſylua tramites multi ſint. *Socij ab vnda* propter vndam. *Nympha* pro lympha metonymia ſubiecti.

At non laudata tellure Romana a bonis, quæ habet, laudat rurſus a malis, quibus caret Virgilium imitatus 2. Georg. de laudibus Italiæ.

At rabida tygres abſunt, & ſæua Leonum
Semina, nec miſeros fallunt aconita legentes &c.

Hic autem remouet Ceraſtes ſerpentes ita dictos teſte Iſid. quod in capite cornua habeant ſimilia arietum quadrigemina. flexuoſi magis ſunt, quam cæteri ſerpentes. *labuntur* ſerpunt, repunt. Virg.

At gemini lapſu delubra ad ſumma dracones
Effugiũt. vbi Seruius dicit labi proprium ſerpentum eſſe *ſquamoſo ventre.* Plin. de ſerpentibus: *Alijs ſquam[illegible]lijs picturæ, omnibus exitiale virus.*

Itala portentis. Mare Italicum non habet monſtra, & immanes belluas, qualia ſunt Cete. quam ſententiam poeticam fecit tropis, metaphora ab animali *furit* concitatur. periphraſi maris, *unda Itala*. alia metaphora ab auguribus, *portentis nouis* piſcibus inuſitata magnitudine.

Non hic Andromedæ. exemplo explicat ſuperiorem

riorem ſententiam. Non ſunt tam grandia monſtra, vt fuit illud, cui expoſita fuit Andromeda pro materna culpa. Fabula hęc eſt: Caſſiope Cephei coniux, & Mater Andromedes Nymphis ſe pulchritudine antepoſuerat, quæ iratæ filiam ſaxo alligarunt, & Ceto deuorandam propoſuerunt: quæ tamen Perſei virtute liberata ei nupſit. itaque hic poeta ait, *catena Andromedæ* quibus ſaxo alligata erat; *reſonant* tintinnant: *pro matre* ob maternam ſuperbiam.

Nec tremis. nec ſunt dapes funeſtæ, ac menſæ nefandæ, quæ cogant ſolem auertere oculos. Hic eſt periphraſis Thyeſteæ cænæ, vbi Thyos membra fereo patri appoſita fuerũt epulanda Senec. Thyeſta act. 4. ornauit ſententiam apoſtrophe ad Phæbum *Phæbe fugat*: metonymia ſequenti pro antecedenti, *tremis*. horres, metuis: *auſonias dapes* humanas, & appoſitos liberos parentibus, quia tales in Auſonia, hoc eſt Italia non ſunt.

Nec cuiquam. per periphraſes Meleagri, & Altheæ matris impiæ remouet a Romana tellure huiuſmodi impietatem. Fabulam narratur diffuſe ab Ouid. in 8 Met. Quæ eſt, nato Meleagro parcæ titionem flammis impoſuerunt dicentes tam diu illum victurũ, quam diu ille ſtipes duraſſet, quam Althea mater extinctum diligentiſſime ſeruauit. ſed cum Meleager fratres ſuos occidiſſet, illa in vltionem fratrum fatalem illius titionem igni impoſuit, & ita filium cum illo exuſſit. itaque poeta ait, *nec ignes abſentes* quia aberat Meleager tunc *arſerunt in caput* in perni-

perniciem, *cuiquam* enallage caſus pro cuiuſquã *Matre parante exitium* mortem per titionẽ fatalẽ *nato ſuo* proprio filio Meleagro.

Penthea Pẽthei fabula eſt: filius fuit Chionis, & Agaues Cadmi filiæ, qui cum matrẽ, ac reliquum fęminarum gregẽ a ſacris Bacchi prohiberet, forte viſus a matre bacchante pro fera diſcerptus eſt. quam matrem. Ouid. ita loquentem facit. Ille aper in noſtris errat qui maximus agris,

Ille mi feriendus aper: ruit omnis in vnum Turba furens.

Theocritus in Bacchis inſidentem abieti facit, & abiegnis ramis propulſantem Baccharum impetum; vbi & reuellunt arbore Bacchæ, & ita miſer quaſi fera laceratur. Hunc ſecutus Propertius videtur, dũ dicit: Bacchæ feræ non venantur, ſupple hic, *Penthea in arbore* tanquam auem.

Nec ſoluit Non hic pro Iphigenia ſacrificat, vt nauigabile fieret mare Græcis ad bellum troianum properantibus, cerua ſupponitur mactanda. itaq; dicit poeta *Cerua nõ ſoluit rates Danaas* Res deſcribitur late ab Ou. in 12. Met. Fabulã ẽt plene narrat Seru in ver. Virg *Sãgu ne placaſtis vẽtos, & virgine cęſa.*

Cornua nec. periphraſis eſt Ionis a Iunone in vaccã conuerſæ, & cornibus curuatis deformatę & sẽſus eſt, in Italia fęminæ nõ deformantur in vaccas, vt in Gręcia Io. ſeruius in 3. Geor explicans illum ver.

Inachiæ Iuno peſtem meditata iuuentę:

Fabulam ita enarrat. Io Inachi filiam à Ioue Iunonis aduentu conuerſam eſſe in vaccam, cui Iuno immiſit aſtrũ, quo toto orbe fatica-

ea tandem aliquando venit ad Aegyptum, & illic in Iſim conuerſa eſt.

Nec valuit curuare inflectere, & curua formare cornua. intellige in Italia, quia in Græcia curuauit *in pellice* in Ione, quia fuerat pellex, cum Ioue enim Iunonis marito concubuerat. *Dedecorare faciem* turpare, & dehoneſtare humanam formam, *boue turpi* vacca ingenti, pro forma turpi. *Arboreaſq; cruces.*

Arboribuſq; cruces. Non Romæ ſunt Cruces ſcinis. Hiſtoria eſt, Hic ſcinis ex Beroaldo fuit in Iſthmo facinoribus famoſus, qui duas prius flectebat, & flexis hominum bracchia vtriq; alligabat, quæ in ſublime renitentes, & in naturam ſuam reſurgentes corpus lacerum diſcerpebant. Quem ita deſcribit Ouid. 8. Met.

Occidit ille Scinis magnis male viribus vſus:
Qui poterat curuare trabes, & agebat ab alto
Ad terram late ſparſuras corpora pinus.

Arboreas cruces. Quidquid cruciat, crux eſt: *Non hoſpita grais ſaxa.* periphraſis ſaxorum Schyreniorũ a Schirone Megalenſi latrone dicta, qui viatores e ſcopulo ictu calcis in mare precipitabat. Theſeus Scinum, ſchytonẽ, percuſſẽ eodẽ genere mortis interemit, quo illi hoſpites, viatoreſq; interficiebant. Plut. in Theſeo. *Non hoſpita* immania ſumma .n. immanitas eſt in hoſpitio violando *trabes curuatus* pinus *in ſua fata* quia ſcinũ Theſeus ea morte affecit, qua ille alios afferat. Hactenus flagitia numerauit, & mala, quæ à Romana tellure abſunt.

Hæc tibi parẽs Laudes Romanę vrbis ſuperiores

res vnumquemq; ad eam incolendã allicere poſſunt. addit modo quæ maxime Tullum reuocare debent, quæ tum a iucundo, tum ab vtili, & conuenienti ſunt ducta. a iucundo, quia parens eſt, & patria pulcherrima. vnde illud.

Dulcis amor patriæ, dulce videre ſuos.

Parens dicitur, quia ex Tullio Philip. patria parentes etiam continet, ideoq; cognomini eſt anteponenda. pulcherrima etiam dicitur a Virg.

Et rerum facta eſt pulcherrima Roma.

Hic tibi a debito ſuo, conuenit namq; ciues ſuos iuuare, cum opus eſt.

Hic tibi ſunt *ciues ad eloquium* ſuum adhibendum audiendum, & probandum & obiter ab eloquentia eum commendat. *Hic ampla nepotum ſpes* a poſteritatis bono, quæ optatiſſima communiter habetur, quod in ea perennent homines. *Aptus amor venturæ coniugis* tibi conuenienter iunctus, id eſt parem vxorem duces, nam inter pares aptus amor eſt. Ouid.

Si vis apte nubere, nube pari.

Scaliger legere vellet *altus amor* id eſt clarus, excellens, nobilis, vt apud Catullũ.

Sed tuus altus amor barathro fuit altior illo.

Tibullus in Panegyr ad Metallam de claritate ſuæ familiæ.

Nã mihi cũ magnis opibus domus alta niteret.

Vtroq; modo eſt metonymia adiuncti pro ſubiecto, id eſt vxor apta tibi.

FINIS LIBRI PRIMI.

ELEGIARVM
SELECTARVM
SEXTI
AVRELII PROPERTII
LIBER II.

Cum artificijs, & enarrationibus
P. D. Vincentij Galli Cl. Reg.
S. PAVLI.

Elegiæ I. Selectarum Propertij.

ARGVMENTVM.

HAC elegia res grauiores, ac magis ſerias, quam in tribus ſuperioribus libris, cantare aggreditur. quæ ſunt Romanæ vrbis initia, amplificatio, maieſtas, imperium, magnitudo, victoriæ. Poſtea etiam ſub Hori Mathema-

H tici

tici perſona vitam, patriam, fortunamque ſuam refert. Itaque ſeparatur ab alijs hic liber: nam Elegia 13 libri 2. inquit.

Sat ſit, magna mei ſi tres ſint pompa libelli.

Elegia.

Hoc quodcunq; vides hoſpes, quàm maxima Roma
eſt,
Ante phrygem Aeneam collis, & herba fuit:
Atq; vbi nauali ſtant ſacra Palatia Phœbo,
Euandri profugæ procubuere boues.
Fictilibus creuere deis hæc aurea templa.
Nec fuit opprobrio facta ſine arte caſa.
Tarpeiusq; pater nuda de rupe tonabat,
Et Tiberis noſtris aduena bubus erat.
Quo gradibus domus iſta Remo ſe ſuſtulit, olim
Vnus erat fratrum maxima regna focus.
Curia prætexto quæ nunc nitet alta ſenatu,
Pellitos habuit ruſtica corda patres.
Buccina cogebat priſcos aduerba Quirites.
Centum illi in prato ſæpe ſenatus erat.
Nec ſinuoſa cauo pendebant vela Theatro.
Pulpita ſolennes non oluere crocos.
Nulli cura fuit externos quærere diuos,
Cum tremeret patrio pendula turba ſacro,
Annuaq; accenſo celebrare Palilia fœno,
Qualia nunc curto luſtra nouantur equo.
Veſta coronatis pauper gaudebat aſellis,
Ducebant macræ vilia ſacra boues.
Parua ſaginati luſtrabant compita porci,
Paſtor & ad calamos exta litabat ouis.
Verbera pellitus ſetoſa mouebat arator,
Vnde licens Fabius ſacra lupercus habet,

Nec

Digitized by Google

rudis infeſtis miles radiabat in armis :
liſcebant vſta pralia nuda ſude
na galeritus poſuit prætoria Lucmo ,
Magnaque pars Tatio verum erat inter oues .
ic Ticiens. Ramneſque viri, Luceresq; coloni.
Quattuor hinc albos Romulus egit equos .
uippe ſuburbanæ parua minus vrbe Bouilla,
Et qui nunc nulli , maxima turba Gabij:
Et ſtetit Alba potens albæ ſuis omine nata ,
Hac vbi Fidenas longè erat ire, via .
Nil patrium, niſi nomẽ, habet Romanus alumnus .
Sanguinis altricem nunc pudet eſſe lupam .
Huc melius profugos miſiſti Troia penates .
O quali vecta eſt Dardana puppis aue ?
Iam bene ſpondebant tunc omina, quod nihil illam
Læſerat abiegni venter apertus equi.
Cum pater in nati tremulus ceruice pependit ,
Et verita eſt humeros vrere flamma pios,
Tunc animi venere Decij, Brutique ſecures .
Vexit & ipſa ſui Cæſaris alma Venus ,
Arma reſurgentis portans victricia Troiæ ,
Felix terra tuos cepit Iule deos :
Si modo Auernalis tremulæ cortina Sibyllæ
Dixit Auentino rura pianda Remo,
Aut ſi Pergameæ ſero rata carmina vatis
Longæuum ad Priami vera fuere caput.
Vertite equum Danai, male vincitis. Ilia tellus
Viuet, & huic cineri Iuppiter arma dabit.
Optima nutricum noſtris lupa Martia rebus .
Qualia creuerunt mœnia lacte tuo?
Mœnia namq; pio conor diſponere verſu .
Hei mihi quod noſtro eſt paruus in ore ſonus:
Sed tamen exiguo quodcunque e pectore riui
Fluxerit, hoc patriæ ſeruiet omne mea.

omnia ſacrificia aqua afferri conſueuerat. *Nympha*, putabatur ab antiquis aquarum Dea, & numen quaſi lympharum. itaq; hic & Lympha, & Nympha legi poteſt: licet melius Nympha, pro Iuturna illius fontis dea tropi ſunt hic, *Tiburte* pro tiburtine: *vmbro* vmbrio: *tramite* pro ſylua metonymia adiuncti pro ſubiecto, quod in ſylua tramites multi ſint. *Socij ab vnda* propter vndam. *Nympha* pro lympha metonymia ſubiecti.

At non laudata tellure Romana a bonis, quæ habet, laudat rurſus a malis, quibus caret Virgilium imitatus 2. Georg. de laudibus Italiæ.

At rabida tygres abſunt, & ſæua Leonum
Semina, nec miſeros fallunt aconita legentes &c.

Hic autem remouet Ceraſtes ſerpentes ita dictos teſte Iſid. quod in capite cornua habeant ſimilia arietum quadrigemina. flexuoſi magis ſunt, quam cæteri ſerpentes. *labuntur* ſerpunt, repunt. Virg.

At gemini lapſu delubra ad ſumma dracones
Effugiũt. vbi Seruius dicit labi proprium ſerpentum eſſe *ſquamoſo ventre.* Plin. de ſerpentibus: *Alijs ſquam[illegible]lijs picturæ, omnibus exitiale virus.*

Itala portentis. Mare Italicum non habet monſtra, & immanes belluas, qualia ſunt Cete. quam ſententiam poeticam fecit tropis, metaphora ab animali *furit* concitatur. periphraſi maris, *unda Itala.* alia metaphora ab auguribus, *portentis nouis* piſcibus inuſitata magnitudine.

Non hic Andromeda, exemplo explicat ſuperiorem

riorem ſententiam. Non ſunt tam grandia monſtra, vt fuit illud, cui expoſita fuit Andromeda pro materna culpa. Fabula hęc eſt: Caſſiope Cephei coniux, & Mater Andromedes Nymphis ſe pulchritudine anteposuerat, quæ iratæ filiam ſaxo alligarunt, & Ceto deuorandam propoſuerunt: quæ tamen Perſei virtute liberata ei nupſit. itaque hic poeta ait, *catenæ Andromedæ* quibus ſaxo alligata erat; *reſonant* tintinnant: *pro matre* ob maternam ſuperbiam.

Nec tremis. nec ſunt dapes funeſtæ, ac menſæ nefandæ, quæ cogant ſolem auertere oculos. Hic eſt periphraſis Thyeſteæ cœnæ, vbi Thyos membra fereo patri appoſita fuerũt epulanda Senec. Thyeſta act. 4. ornauit ſententiam apoſtrophe ad Phæbum *Phœbe fugat*: metonymia ſequenti pro antecedenti, *tremis*. horres, metuis: *auſonias dapes* humanas, & appoſitos liberos parentibus, quia tales in Auſonia, hoc eſt Italia non ſunt.

Nec cuiquam. per periphraſes Meleagri, & Altheæ matris impiæ remouet a Romana tellure huiuſmodi impietatem. Fabulam narratur diffuſe ab Ouid. in 8 Met. Quæ eſt, nato Meleagro parcæ titionem flammis impoſuerunt dicentes tam diu illum victurũ, quam diu ille ſtipes duraſſet, quam Althea mater extinctum diligentiſſime ſeruauit. ſed cum Meleager fratres ſuos occidiſſet, illa in vltionem fratrum fatalem illius titionem igni impoſuit, & ita filium cum illo exuſſit. itaque poeta ait, *nec ignes abſentes* quia aberat Meleager tunc *arſerunt in caput* in perni-

perniciem, *cuiquam* enallage caſus pro cuiuſquã *Matre parante exitium* mortem per titionẽ fatalẽ *nato ſuo* proprio filio Meleagro.

Penthea Pẽthei fabula eſt: filius fuit Chionis, & Agaues Cadmi filiæ, qui cum matrẽ, ac reliquum fęminarum gregẽ a ſacris Bacchi prohiberet, forte viſus a matre bacchante pro fera diſcerptus eſt. quam matrem. Ouid. ita loquentem facit. Ille aper in noſtris errat qui maximus agris,

Ille mihi feriendus aper: ruit omnis in vnum
Turba furens.

Theocritus in Bacchis inſidentem abieti facit, & abiegnis ramis propulſantem Baccharum impetum; vbi & reuellunt arbore Bacchæ, & ita miſer quaſi fera laceratur. Hunc ſecutus Propertius videtur, dũ dicit: Bacchæ ſæuæ non venantur, ſupple hic, *Penthea in arbore* tanquam auem.

Nec ſoluit Non hic pro Iphigenia ſacrificat, vt nauigabile fieret mare Græcis ad bellum troianum properantibus, ceruа ſupponitur mactanda. itaq; dicit poeta *Ceruа nõ ſoluit rates Danaas* Res deſcribitur late ab Ou. in 12. Met. Fabulã ẽt plene narrat Seru in ver. Virg *Sãgu ne placaſtis vẽtos, & virgine cęſa.*

Cornua nec. periphraſis eſt Ionis a Iunone in vaccã conuerſæ, & cornibus curuatis deformatę & sẽſus eſt, in Italia fęminæ nõ deformantur in vaccas, vt in Gręcia Io. ſeruius in 3. Geor explicans illum ver.

Inachiæ Iuno peſtem meditata iuuentę:

Fabulam ita enarrat. Io Inachi filiam à Ioue Iunonis aduentu conuerſam eſſe in vaccam, cui Iuno immiſit aſtrũ, quo toto orbe fatica-

ea tandem aliquando venit ad Aegyptum, & illic in Iſim conuerſa eſt.

Nec valuit curuare inflectere, & curua formare cornua. intellige in Italia, quia in Græcia curuauit *in pellice* in Ione, quia fuerat pellex, cum Ioue enim Iunonis marito concubuerat. *Dedecorare faciem* turpare, & dehoneſtare humanam formam, *boue turpi* vacca ingenti, pro forma turpi. *Arboreaſq; cruces.*

Arboribuſq; cruces. Non Romæ ſunt Cruces ſcinis. Hiſtoria eſt, Hic ſcinis ex Beroaldo fuit in Iſthmo facinoribus famoſus, qui duas prius flectebat, & flexis hominum bracchia vtriq; alligabat, quæ in ſublime renitentes, & in naturam ſuam reſurgentes corpus lacerum diſcerpebant. Quem ita deſcribit Ouid. 8. Met.

Occidit ille Scinis magnis male viribus vſus:
Qui poterat curuare trabes, & agebat ab alto
Ad terram late ſparſuras corpora pinus.

Arboreas cruces. Quidquid cruciat, crux eſt: *Non hoſpita grais ſaxa*. periphraſis ſaxorum Schyreniorũ a Schirone Megalenſi latrone dicta, qui viatores e ſcopulo ictu calcis in mare precipitabat. Theſeus Scinum, ſchytonẽ, pcuſſẽ eodẽ genere mortis interemit, quo illi hoſpites, viatoreſq; interficiebant. Plut. in Theſeo. *Non hoſpita* immania ſumma .n. immanitas eſt in hoſpitio violando *trabes curuatus* pinus *in ſua fata* quia ſcinũ Theſeus ea morte affecit, qua ille alios afferat. Hactenus flagitia numerauit, & mala, quæ à Romana tellure abſunt.

Hactib. parẽs Laudes Romanę vrbis ſuperio

res

res vnumquemq; ad eam incolendā allicere poſſunt. addit modo quæ maxime Tullum reuocare debent, quæ tum a iucundo, tum ab vtili,& conuenienti ſunt ducta. a iucundo, quia parens eſt, & patria pulcherrima. vnde illud.

Dulcis amor patria, dulce videre ſuos.

Parens dicitur, quia ex Tullio Philip. patria parentes etiam continet, ideoq; cognomini eſt anteponenda. pulcherrima etiam dicitur a Virg.

Et rerum facta eſt pulcherrima Roma.

Hic tibi. a debito ſuo, conuenit namq; ciues ſuos iuuare, cum opus eſt.

Hic tibi ſunt *ciues ad eloquium* ſuum adhibendum audiendum,& probandum & obiter ab eloquentia eum commendat. *Hic ampla nepotum ſpes* a poſteritatis bono, quæ optatiſſima communiter habetur, quod in ea perennent homines. *Aptus amor venturæ coniugis*. tibi conuenienter iunctus, id eſt parem vxorem duces, nam inter pares aptus amor eſt. Ouid.

Si vis apte nubere, nube pari.

Scaliger legere vellet *altus amor* id eſt clarus, excellens, nobilis, vt apud Catullū.

Sed tuus altus amor barathro fuit altior illo.

Tibullus in Panegyr ad Metallam de claritate ſuæ familiæ.

Nā mihi cū magnis opibus domus alta niteret.

Vtroq; modo eſt metonymia adiuncti pro ſubiecto, id eſt vxor apta tibi.

FINIS LIBRI PRIMI.

ELEGIARVM

SELECTARVM

SEXTI

AVRELII PROPERTII

LIBER II.

Cum artificijs, & enarrationibus
P. D. Vincentij Galli Cl. Reg.
S. PAVLI.

Elegiæ I. Selectarum Propertij.

ARGVMENTVM.

HAC elegia res grauiores, ac magis ſerias, quam in tribus ſuperioribus libris, cantare aggreditur. quæ ſunt Romanæ vrbis initia, amplificatio, maieſtas, imperium, magnitudo, victoriæ. Poſtea etiam ſub Hori Mathema-

tici perſona vitam, patriam, fortunamque ſuam refert. Itaque ſeparatur ab alijs hic liber: nam Elegia 13 libri 2. inquit.

Sat ſit, magna mei ſi tres ſint pompa libelli.

Elegia.

Hoc quodcunq; vides hoſpes, quàm maxima Roma
eſt,
Ante phrygem Aeneam collis, & herba fuit:
Atq; vbi nauali ſtant ſacra Palatia Phœbo,
Euandri profugæ procubuere boues.
Fictilibus creuere deis hæc aurea templa.
Nec fuit opprobrio facta ſine arte caſa.
Tarpeiuſq; pater nuda de rupe tonabat,
Et Tiberis noſtris aduena bubus erat.
Quo gradibus domus iſta Remo ſe ſuſtulit, olim
Vnus erat fratrum maxima regna focus.
Curia prætexto quæ nunc nitet alta ſenatu,
Pellitos habuit ruſtica corda patres.
Buccina cogebat priſcos ad verba Quirites.
Centum illi in prato ſæpe ſenatus erat.
Nec ſinuoſa cauo pendebant vela Theatro.
Pulpita ſolennes non oluere crocos.
Nulli cura fuit externos quærere diuos,
Cum tremeret patrio pendula turba ſacro.
Annuaq; accenſo celebrare Palilia fœno,
Qualia nunc curto luſtra nouantur equo.
Veſta coronatis pauper gaudebat aſellis,
Ducebant macræ vilia ſacra boues.
Parua ſaginati luſtrabant compita porci,
Paſtor & ad calamos exta litabat ouis.
Verbera pellitus ſetoſa mouebat arator,
Vnde licens Fabius ſacra lupercus habet,
Nec

Nec rudis infeſtis miles radiabat in armis:
Miſcebant vſta prælia nuda ſude.
Prima galeritus poſuit prætoria Lucmo,
Magnaque pars Tatio rerum erat inter oues.
Hinc Titiens Ramneſque viri, Lucereſq; coloni,
Quattuor hinc albos Romulus egit equos.
Quippe ſuburbana parua minus vrbe Bouilla,
Et qui nunc nulli, maxima turba Gabij:
Et ſtetit Alba potens alba ſuis omine nata,
Hac vbi Fidenas longè erat ire, via.
Nil patrium, niſi nomẽ, habet Romanus alumnus.
Sanguinis altricem nunc pudet eſſe lupam.
Huc melius profugos miſiſti Troia penates.
O quali vecta eſt Dardana puppis aue?
Iam bene ſpondebant tunc omina, quod nihil illam
Læſerat abiegni venter apertus equi.
Cum pater in nati tremulus ceruice pependit,
Et verita eſt humeros vrere flamma pios,
Tunc animi venere Decij, Brutique ſecures.
Vexit & ipſa ſui Cæſaris alma Venus,
Arma reſurgentis portans victricia Troia,
Felix terra tuos cepit Iule deos:
Si modo Auernalis tremula cortina Sibylla
Dixit Auentino rura pianda Remo.
Aut ſi Pergameę ſero rata carmina vatis
Longeuum ad Priami vera fuere caput.
Vertite equum Danai, male vincitis. Ilia tellus
Viuet, & huic cineri Iuppiter arma dabit.
Optima nutricum noſtris lupa Martia rebus.
Qualia creuerunt mœnia lacte tuo?
Mœnia namq; pio conor diſponere verſu.
Hei mihi quod noſtro eſt paruus in ore ſonus:
Sed tamen exiguo quodcunque e pectore riui
Fluxerit, hoc patria ſeruiet omne mea.

Ennius hirſuta cingat ſua dicta corona:
Mi folia ex edera porrige Bacche tua:
Vt noſtris tumefacta ſuperbiat Vmbria libris,
Vmbria Romani patria Callimachi
Scandentes ſi quis cernet de vallibus arces,
Ingenio muros æſtimet ille meo.
Roma faue, tibi ſurgit opus: date candida ciues
Omina, & inceptis dextera cantet auis.
Sacra, dieſq; canam, & cognomina priſca locorũ.
Has meus ad metas ſudet oportet equus.
Quo ruis imprudens vage dicere facta Propertî?
Non ſunt a dextra candida fila colo.
Accerſis lacrymis cantus auerſus Apollo,
Poſcis ab inuita verba pigenda lyra.
Certa feram certis auctoribus: haud ego vates
Neſcius ærata ſigna mouere pila;
Me creat Archytæ ſoboles Babylonius Horos,
Horos, & a proauo ducta Conone domus.
Dij mihi ſunt teſtes non degeneraſſe propinquis,
Inque meis libris nil prius eſſe fide.
Nunc pretium fecere deos, & fallitur auro
Iuppiter obliqua ſigna iterata rotæ;
Feliceſque Iouis ſtellas, Martiſq; rapacis
Et graue Saturni ſidus in omne caput,
Quid moueant piſces, animoſaque ſigna Leonis,
Lotus & Heſperia quid Capricornus aqua,
Dicam. Troia cades, & Troia Roma reſurges:
Et maris, & terra longa ſepulchra canam.
Dixi ego, cum geminos produceret Aria natos,
(Illa dabat natis arma vetante deo)
Non poſſe ad patrios ſua pila referre penates:
Nempe meam firmant nunc duo buſta fidem.
Quippe Lupercus equi dum ſaucia protegit ora,
Heu ſibi prolapſo non bene cauit, equo:

Gallus at in caſtris dum credita ſigna tuetur,
Concidit ante aquilæ roſtra cruenta ſuæ.
Fatales pueri duo funera matris auaræ:
Vera ſed inuitò contigit iſta fides.
Idem ego, cum Cynara traheret Lucina dolores,
Et facerent vteri pondera lenta moram,
Iunoni votum facite impetrabile, dixi.
Illa parit. Libris eſt data palma meis.
Hoc neq; arenoſum Lybici Iouis explicat antrum,
Aut ſibi commiſſos fibra locuta deos,
Aut ſi quis motas cornicis ſenſerit alas,
Vmbra neq; hæc magicis mortua prodit aquis,
Aſpicienda via eſt celi, verſuſq; per aſtra,
Trames, & ab Zonis quinq; petenda fides.
Exemplum graue erit Calchas: nãq; Aulide ſoluit,
Ille bene hærentes ad pia ſaxa rates.
Ille Agamemnoniæ ferrum ceruice puellæ
Tinxit, & Atrides vela cruenta dedit.
Nec rediere tamen Danai. Tu diruta fletum
Supprime, & Euboicos reſpice Troia ſinus.
Nauplius vltores ſub noctem porrigit ignes,
Et natat exuuijs Græcia preſſa ſuis.
Victo O lide rape nunc, & dilige vatem,
Quam veluit auelli veſte Minerua ſua.
Hactenus hiſtoria: nunc ad tua deuehor aſtra:
Incipe tu lacrymis æquus adeſſe nouis.
Vmbria te notis antiqua penatibus edit.
Mentior, an patriæ tangitur ora tuæ.
Qua nebuloſa cauo rorat Meuania campo,
Et lacus æſtiuis intepet Vmber aquis,
Scandentiſq; axis conſurgit vertice murus,
Murus ab ingenio notior ille tuo.
Oſſaque legiſti, non illa ætate legenda.
Patris & in tenues cogeris ipſe lares.

Nam tua cum multi verſarent rura iuuenci,
Abſtulit excultas pertica triſtis opes.
Mox vbi bulla rudi dimiſſa eſt aurea collo,
Matris & ante deos libera ſumpta toga,
Tum tibi pauca ſuo de carmine dictat Apollo,
Et vetat inſano verba tonare foro.
At tu finge elegos, fallax opus, hæc tua caſtra,
Scribat vt exemplo cætera turba tuo.
Militiam Veneris blandis patiere ſub armis,
Et Veneris pueris vtilis hoſtis eris.
Nam tibi victrices, quaſcunque labore paraſti,
Eludet palmas vna puella tuas:
Et bene cum fixum mento diſcuſſeris vncum,
Nil erit hoc roſtro te premat anſa ſuo.
Illius arbitrio noctem, lucemque videbis,
Gutta quoque ex oculis non niſi iuſſa cadet.
Nec mille excubiæ, nec te ſignata iuuabunt
Limina perſuaſæ fallere rima ſat eſt.
Nunc tua vel medijs puppis luctetur in vndis,
Vel licet armatis hoſtis inermis eas,
Vel tremefacta cauo tellus diducat hiatu,
Octipedis Cancri terga ſiniſtra time.

Artificium.

GRauiſſima, admodumq; poetica eſt hæc Elegia: in demonſtratiuo genere verſatur rerum Romanarum, vitæq; ipſius poetæ narrationem complectens, & ita duas habet partes: quarum prior de rebus Romanis terminatur ibi.

Hactenus hiſtoriç. altera de vita ſua ad exitum durat. Tota etiam narratione tantum, & peroratione perfecta eſt peroratio aperte

facta

facta eſt ibi. *Hactenus hiſtoriæ* & ad nouum argumentum magis ad ingenium ſuum accommodatum quod alteram Elegiæ partem continet. Vtrumq; imitationis genus rei, & perſonæ in narratione reperitur, de quo agimus in syntagmate de lyrico poemate cap. 3. nam introducitur Hoſpes loquens ibi *Quo ruis?*

Hoc quodcumque vides. Res Romanas celebraturus poeta bene ſe fingit Hoſpitem, nõ peregrinum, aut aduenam admonere: quæ peregrini nomen nihil religionis habet, & nomen aduenæ odioſius eſt, quia ſedes ſibi capit, Hoſpes vero ad tempus morantur. Hæc Paſſeratius. Hic vero Hoſpes eſt Genethliacus ex Scalligero, id eſt vir Aſtrologiæ ſtudioſus, & ex aſtris futura prædicens, vt infra apparebit, vbi ipſe loquetur. *Quo tuis imprudens.*

Narratio inſtituta eſt ab vrbis primordijs, qua Aeneæ Phrygio, hoc eſt Troiano attribuuntur, vt etiam a Salluſtio in bello Cat. Nam de vrbis romanæ conditoribus variæ ſunt opiniones a Plutarcho in Romuli vita relatæ, & dicit ante aduẽtum Aeneæ in Italicam, vbi poſtea condita fuit Roma, paſcua tantum fuiſſe. Quòd poeticis ornamentis expreſſit.

Collis, & herba collis herboſus; endiadis eſt: vt apud Virg. *Pateris libamus & auro.* paſeris aureis.

Collis. enallage numeri ſingulari pro plurali. plures namque erant colles. Vnde Tib. eleg. 6. l. 2.

Carpite nunc tauri de ſeptem montibus herbas,
Dum licet hic magna iam locus vrbis erit
Phrygem.in laudem ita appellat, Virg. vero in vituperationem. *Hac phryges.* & *Eis capti Phriges.*

Quam maxima Roma eſt. vel circuitu, qui ſecundum quoſdam ſexaginta millia paſſuũ erat. vel dignitate. Ouid Faſt. 5.
Hic, vbi nũc Roma eſt orbis inquit, arbor, & herba
Et pauca pecudes, & caſa rara fuit.

Atq; vbi expolitio ſuperioris ſententiæ, ſiue ratio, quod paſcua eſſent illa loca: quia Euander ab Arcadia pulſus, & profugus ibi pauit ſua armenta.

Palatia ſacra ſtant. ardua conſpiciuntur. & Enallage eſt numeri, & periphraſis templi ab Auguſto conſtructi, & Apollini dicati ob naualem ad Actium victoriam: cui putabatur Apollo ſuffragatus, vnde naualis hic Phœbus dicitur.

Euandri boues profuga procubuere. id eſt Euander profugus, & ab Arcadia pulſus cum ſuis armentis procubuit, conſedit, habitauit. vnde collis ille Palatinus appellatus fuit, quod ibi palantes conſtiterint. De Euandri exilio Ouid. l. 1. Faſt. & Virg 8. Aen.
Me pulſum patria, pelagique extrema ſequentem
Fortuna omnipotens, & ineluctabile fatum
His poſuere locis.

His igitur quatuor verſibus Romæ Topographia eſt.

Fictilibus: Deſcripto loco Romanæ vrbis, narratur, qualia temporibus illis omnia fuerint, quæ ſuo tempore ad tantam maieſtatẽ aſcen-

aſcenderant:& a Deorum templis, & ſimulacris,priuatiſq; domibus initium capit.

Fictilibus Deis. Eclypſis præpoſitionis ex,& metonymia in *Deis* rei ſignata pro ſigno, id eſt ſimulacris Deorum.

Aurea templa.magnificentiſſima,pretioſiſſima.

Tarpeiuſque pater. ſenſus eſt, Iupiter colebatur a Romanis initio in colle Tarpeio,ſed ſine templo,& ſub dio,& inornate. Ouid.

Frondibus ornabant,quæ nunc,capitolia,gemmis.

Quam ſententiam ornauit periphraſi Iouis,qui arcis Tarpeiæ præſes erat,& tonans vocabatur.Nam & erat Iupiter ſtator,Feretrius,elicius, & fulminans. Poſtea Capitolinus fuit dictus, & ab Auguſto dicatum ei fuit templum ex Suet.

Nuda de rupe. alia periphraſis collis capitolini.*nuda*:metaphora ab animali, inornata.

Tiberis aduena. Anguſtiſſimum fuiſſe Romanum imperium tunc denotat, quod ad Scalas Caci terminabatur ſententiam poeticã fecit metonymia adiuncti pro ſubiecto, Tiberis pro agro per quem fluit. metaphora ab homine ad flumen:*aduena* incultus, quia Romanorum non erat.

Quo gradibus. Deſcriptis finibus Romani agri vrbem ipſam exiguiſſimam fuiſſe dicit, & paulatim ad tantam amplitudinem aſcẽdiſſe.ita verba diſpone,& explica. *Quo*, ad quantam magnitudinem, *domus Remi* Roma ipſa, vt periphraſis ſit Romæ: vt apud Virgil. *Domus Aſſaraci*, vel Palatinæ arcis:

vel proprie caſa,& tugurium Fauſtuli paſtoris educatoris,vt apud Ouid.
Dum caſa martigenum capiebat parua Quiritū.

Quæ erat in angulo Palatino: *Olim vnus focus* exiſtens ideſt vnica domus,poſito foco pro penatib. & his pro domo per metalepſim ,*maxima regna erat* ampliſſima ironice , vel animo poſſidentium *fratrum* Romuli, & Remi:quos ambos reges vocat Eleg 9 l.3.

Curia deſcribitur,ſenatus vetus ab adiunctis,& ſui & eius temporis.

Curia:locus,vbi Senatus Rempub. curat. etiam curia dicebatur, vbi cura publica ſacrorum habebatur. itaq; duplex eſt ſacra, & profana.

Nitet. exculta eſt, vel ſplendet ob purpuræ ſplendorem,vel ob aurum.

Prætexto Senatu. prętextu ornato,& dicta p̄texta eſt, quod ei latior purpura p̄texeretur ex Iſd & erat inſigne Senatorię dignitatis.

Patres pellitos. pellibus amictos, vt paſtores,& aratores, quia tunc Senatores, & paſtores, & agricole erant. nam agricultura delectabantur vnde Ouid.
Paſcebatq; ſuas ipſe Senator oues.

Ruſtica corda horrida, inculta animos agreſtes, & appoſitio eſt, & ſenſus eſt, tunc patres,ac Senatores ruſtici,incultiq; erant, qui modo purpurati ſunt,& nitentes.

Buccina explicat, quomodo olim, vbi Senatus conuocaretur, & quot eſſent Senatores. conuocabatur buccina, quæ proprie ruſticorum eſt,& in ſemetipſa circulo reflectitur,tuba vero directa eſt.

Ad

Ad verba: ad conciones, & ſynecdoche eſt partis pro toto. locus, vbi congregabatur ſæpe erat pratum. numerus Senatorũ erat centum ex Romuli electione. Ouid. 3. Faſt.

Inde patres centum denos ſecreuit in orbes Romulus.

Qui numerus fuit poſtea auctus, nam Tarquinius alios centum addidit, & Brutus alios centum. Liuius.

Nec ſinuoſa. narrat, qualia theatra haberēt ad videnda ſpectacula. non inquit, hic luxus fuit illis temporibus, vt perfunderentur pulpita theatralia croco odoratiſſimo, vt ſuo tempore: nec ornabantur theatra velis ſinuoſis, id eſt laxis, & fluitantibus quæ vela theatralia dicuntur. nam theatrales gradus erant ceſpititij.

Nulli cura Nulli primorum cura fuit quærendi deos peregrinos, & colendi externas religiones, quæ ſecutis temporibus paſſim receptæ fuerunt.

Eum tremeret: ratio eſt, quia ſuſpenſa erat metu religionis. turba illa, nam in ſpe, & metu pendet animus: *tremeret* timeret, *ſacro patrio* i. e diuina more, rituq; patriæ ſacta.

Annuaq; & nulli tunc erat curæ tā magnifice celebrare Palilia, ſtructo igne ex fœno per quem ſaltarent: ita ſe expiari credentes Ouid. in Faſt.

Moxq: per ardentes ſtipulæ crepitantis aceruus
Tranſilias celeri ſtrenua membra pede.

Qualia ſenſus eſt, non tam magnifice paſilia curabantur, tunc, quam noſtro ſeculo quitum luſtratio quinquennis, ideſt popu-

lis luſtratio, quæ quinto quoque anno fiebat. Hic admonet Scaliger confundi octobris equi ſacrificium cum palili, quod fiebat vigeſima die Aprilis, quo Romulus condidit Romam, in honorem Deæ palis a paſtorib. cultæ, quod pabulis preeſſe putaretur. Nam vtro que inquit, equis ſacrificabatur, ſed palili quotannis, illo quinto quoque anno, cuius cauda Cauiar vocabatur, vnde Cauiares hoſtiæ & ita hic *curto equo* exponit cauda māco, quod in Cauiari fiebat ſacrificio, Paſſeratius non de Octobri equo ſacto, nec Cauiaris hoſtiæ, ſed de cēſione equitum luſtrica ſiue quinquennali agi arbitratur, de quo Plutarchus in Pompeio, & Equum curtum dixiſſe Poetam, quia is fuerit olim in delitijs, vt & curti, muli, & nunc equi auribus mutili.

Veſta coronatis. Rudi illo ſæculo, quando veſta pauper erat, in eius ſacri Aſelli panibus coronabantur. Ouid. in 6. Faſt de Fornacalibus agens.

Ecce coronatis panis dependet Aſellis.

Paſſeratius duas alias offert expoſitiones. An veſta gaudebat geſtari dorſo Aſellorum coronatorum vt Iſis, & Cybele: nam eadem terra eſt an ei Aſelli, vt inuiſi immolabantur coronati:

Pauper. omnis generis eſt. Virg *paupere terra*. Propert Eleg 10 lib 2 *Pauperibus ſacris*.

Ducebant. ad templa videlicet.

Sacra vitta: quæ tunc vitia erat, id eſt ex vili materia facta. *boues macræ* vaccæ attenuatæ labore, & aratro quod argumentum

eſt

eſt paupertatis.nam ſuo tempore matres du cebant ſacra in mollibus pilentis.

Parua etiam ſues altiles mactabantur luſtrandis compitis, ſine ſumptu, & magnificentia.

Compita triuia,& quadriuia erant dicta, quod vię multę in vnam competant,& conueniant. Sacra in compitis facta ad ea expianda,& purganda compitalia dicebātur. Macrob l 2 c.4.latur, & 7 Laribus,& Maniæ eorum matri celebrabantur.

Paſtor.& paſtor *litabat* ſacrificabat ouem. eiuſq; extis,cæſis, & porrectis Deos placabat. *ad calamos* ad fiſtulæ ſonitum e calamis factæ, itaq; metonymia eſt materiæ pro inſtrumento ex ea, ſuo vero tempore ad tibiā faciebant hecatomben ideſt ſacrificium cētum victimarum eiuſdem ſpeciei. litare proprie eſt ſacrificio facto numen placrare, ſed metonymice pro ſacrificare ponitur.

Verbera. Senſus eſt, Agricola pelle veſtitus obuijs quibuſcunque infligebat flagella in lupercalibus.

Verbera ſetoſa. Flagella, & lora ex pellibus hiſpidis caprinis, & eſt metonymia effectus pro cauſa efficiente,vt apud Virg.*ſub verbere turbo*.

Vnde licens.ſenſus eſt,cuius aratoris exemplo hodie

Facta lupercus licens, id eſt per licentiā quandam,& laſciuiam proteruus, *habet* peragit ſacra Lupercalia.quæ a luēdo, ideſt ſacrificādo per caprū ſignificant:itaq;ex trib.

di-

dictionibus compoſita ſũt. Hic ſynecdoche partis eſt pro toto, & numeri. Quia Luperci Pani Sacerdotes erant Fabij, & Quintilij. Qui in huiuſmodi ſacris quoſcumque obuios habebant, flagellis cædebant.

Nec rudis. priſco tempore militum arma non erant præcioſa nec argento cælata, nec ære radiantia, vt erant ſuo ſeculo, ſed rudia.

Miles rudis: ſine vſu, & peritia armorum, ac peritiæ militaris, vel rudis, pro aſper, & incultus.

Miſcebant. ratio ſuperioris ſententiæ: quia miſcebant prælia nuda, hoc eſt bella gerebant ſine ferro, & iuſtis armis: ſed *ſude*, pertica ambuſta. Virg. 7. Aen.

Non iam certamine agreſti
Stipitibus duris agitur: ſudibuſq; prœuſtis.

Prima galeritus: ſenſus eſt, *Lucmo*, pro lucumo per ſincopam, *galeritus* galero ruſtice tectus, *poſuit*: fixit, *prima pretoria*, tabernacula, in quibus imperator eſſet in caſtris. quæ etiam auguſtalia dicuntur.

Magnaque pars ſenſus eſt, Tatius Sabinorum rex, cum quo Romulus conſociauerat imperium, habebat magnam partem ſuarum rerum, hoc eſt diuitiarum poſitam in ouium numero, hæ namque veterum diuitiæ erant, vnde etiam pecunia eſt dicta à pecore.

Inter oues: in ouibus. vt apud Terent. inter vias: apud Liuium inter patres lectus Appius, pro in patrum numerum.

Hinc Tatius. Ager Romanus prius diuiſus
fuit.

fuit in partes tres, à quo tribus appellatæ, in Tacium à Tacio, vnde Tacies, pro Tacienſes ex Turnebo lib. 21. cap. 1. Rhamnium à Romulo, vnde Rhamnes: pro Rhamnenſes: Lucerum à Lucomene, vnde Luceres. De quibus Ouid in 3. Faſt.

Quin etiam partes totidem Tacientibus ille
Quoſq; vocant Rhamnes, Luceribuſq; dedit.

Seruius tamen explicans locum illum Virg. *tres Equitum numero turmæ*: non vult à Romulo Rhamnenſes dictos fuiſſe, ſed à Rhamneſe Tuſco. videatur ibi Ser. Liuius ſcribit centurias equitum tres à Romulo fuiſſe conſcriptas Rhamnenſes, Tatienſes, & Luceres, fortaſſe ex illis tribubus.

Quatuor hinc Dioniſius ſcribit Romulum deuictis Ciminenſibus triumphum Romam deportaſſe curru quadriugo; quem hic Propertius ſequitur. Plutar. tamen dicit triumphum illum fuiſſe pedeſtrem.

Egit equos: triumphauit in quadrigis quatuor equis albis tractis. magna laus Romuli, quia tam paruis initijs protectus talia egerit. pulchra periphraſi ſumpta ab adiunctis triumphum deſcripſit. *Egit Equos &c.*

Quippe. exiguitatem Romanæ vrbis initio deſcribit per collationem: & ſenſus eſt, Roma tunc opidulum erat minus vrbe parua Bouillæ ſuburbanæ. & dictum eſt, vt: vrbs Pataui. vel ex Paſſeratio, legatur paruæ hoc ſenſu, Bouillæ ſteterunt minus paruæ, ideſt maiores vrbe, ſcilicet Roma per antonomaſiam. Bouillæ opidulum Latij fuerunt ad vndeci-

decimum lapidem Appiæ viæ, & ita dictæ fuerunt, quia aliquando in Albano monte ab ara fugiens laurus iam conſecratus ibi comprehenſus fuerit ſuburbanæ vero, quod vrbi ſint proximæ.

Et qui ordo eſt, Gabij tunc maxima turba fuerunt nunc vero nulli ſunt, fere extincti omnino, Gabios opidum inter Romam, & Preneſte locat Appianus lib. 1. Fraude Sexti Tarquinij captos ſcribunt hiſtorici.

Et ſtetit. Tunc etiam Alba ſtetit potens quando Roma tam exigua erat. Albam longam condidit Aſcanius Aeneæ filius, ita appellatam ab omine, ſuis, ideſt porcæ albæ: quæ triginta porcellos peperit, quæ poſtea euerſa fuit. vnde poeta dixit, ſtetit, quod ſignificat modo euerſum eſſe. vt etiam elegia octaua libri ſecundi. *Et Thebæ ſteterunt*. Ita colloca verba: & Alba potens nata omine ſuis albæ ſtetit hac, ſupple via; vbi longe via ire fidenas vbi tropi ſunt metaphora ab animali, nata ſynecdochi ſpeciei pro ſpecie, *omine* pro augurio, ſiue portento; enallage aduerbij pro nomine: *longe via* pro longinqua via: vt Elegia vigeſima libri primi, *Longe phaſidos ipſe viam*. alia enallage infiniti pro gerundio, ire pro eundi. quod etiam legitur apud oratores, vt diximus in grammaticis. Fidenæ opidum erant diſtans ab vrbe ſtadia triginta.

ta de his triumphauit Romulus. Liu. libri 1.

Nil patrium. ex tam humilibus initijs Roma adeo immatura, & ad ſummam fortunæ luxuriantis euecta eſt; vt nihil ex illa rudi ciuitate ſuperſit, præter nomen; & ut pudeat. Romanos, faterique nolint tanta imperij magnitudine nutricem lupam fuiſſe gentis ſuæ. Alij legunt, non putant, alij, nec putant.

Hæc melius. Reuertitur ad primos conditores Romani imperij, nempe ad Troianos eiſque gratulatur, quod melius hoc eſt felicius tranſtulerint Deos ſuos penates exules in Italiam, & Romam, quam ſi retinueſſent Troiæ.

Hic apoſtrophe ad Troiam, & metonymia ſubiecti pro adiuncto, Troiæ, pro troianis.

O quali. exclamatio admirationem habẽs quod tam dextro augurio troiani in Italia nauigauerint. Hic nopi ſunt ſynecdoche pãnis, & numeri, puppis, & periphraſis claſſis troianæ, Dardana puppis metonymia cauſæ pro effectu, aut pro auſpicio.

Iam bene. explicat, qua in re poſitum fuerit fauſtum, felixque illud augurium; quod puppi, ideſt claſſi Aeneæ, Aeneęque ipſi, antequam Troia excederet, & mare conſcẽderet, nihil nocuerit equus durarent, ex quo Græci effuſi in vrbem.

Omina, vel oracula, vel auguria: *ſpondebant*

debant: canebāt. *venter apertus* metonymia ſubiecti pro adiunctis, milites agreſſi ex vtero equi Troiani, Abiegni, quia ex abiete coſtæ eius textæ erunt. Virg. *intexunt abiete coſtas*.

Cum pater, etiam felix augurium fuit, quia Aeneus, dum ſuis humeris parentem ſuum ętate confectum extra incendium Troianũ ad naues deferret, ab incendio non fuit læſus. Quod elegãter per tropo expreſſit. *pater tremulus* metonymia adiuncti pro ſubiecto, id eſt ætate confectus, is enim tremit, vt Eleg. 1. huius libri.

Nutrix in tremulis ne quid deſideret annis.

Pependit in ceruice. vel in vacat, vel pro eſtat, ita tamen, & Virg dixit.

Cui pendere tua patereris in arbore poma.

Et ventu flamma metaphora ab homine, & in actu poſita id eſt non eſt auſa dijs vetantibus *pios humeros* hominis pij. Idem dixit Ouid. de Pont. E. 1. l. 1.

Cum foret Aeneæ ceruix ſubiecta parenti.

Dicitur ipſa viro flamma dediſſe viam.

Legatur Virg. lib 2. Aeneidos.

Tunc animi. Cum Aenea ſeruato dicit poeta tres veniſſe in Italiam imprimis familias Deciorum, Iuniam, & Iuliam. Quas poetice commendat per prolepſim, dum dicit Aeneam, qui fuit Romanæ ſtirpis origo, ſecum principis illarum familiarum duxiſſe Decios, Brutũ, & Cæſarem. Decios ornatiſſime laudat a præſtanti animorum animoſitate fortitudine, & alacritate, adhibita metonymia ſubiecti pro adiuncto. *Animi Decij venere.*

venere.id eſt Decij animoſi,& fortiſſimi Hi tres fuerunt pater,filius,& nepos,qui ſe pro patria deuouerunt. Cic. Tuſ. 1. *ſi mors timeretur,non cum Latinas decertans pater Decius: cum Etruſcis etiam filius, cum pyrro nepos ſe hoſtiũ telis obijciſſent.* Decij igitur adiectiuum erit per apocopen propter verſum.

L. Iunius Brutus hic commendatur, qui Reges Romanos eiecit, ciuitatem in libertatem vindicauit, & primus Romæ cum L. Tarquinio conſul factus eſt. Liuius lib 2. & Flor l.1. c 6.

Secures: metonymia ſigni pro re ſignata,& hic pro ſuo conſulatu ponuntur, cuius inſignia erunt, vel quia ſecures Tarquinij ſuperbi fregit, id eſt reges eiecit.

Vexit. Cæſarem a genere, & fortitudine extollit. nam originem ſuæ gentis a Venere traxiſſe dicit. Iulia enim familia à Iulio Aſcanio Aeneæ filio ex Creuſa, qui Aeneas Veneris filius dicebatur, deſcendit. Ideo dicit Venerem Cæſaris arma in Italiam vexiſſe. A fortitudine poſtea commendatur, ſiue a rebus præclare geſtis in bello, quibus imperium Romanum ſibi ſubiecit, per metonymiam adiunctorum; *arma ſui Cæſaris*. nam arma inſtrumenta fortis ducis, & bellorum ſunt.

Arma. expolitio ſuperioris verſus eſt: Venus inquam portans arma victricia Troiæ reſurgentis, id eſt Romæ ex reliquijs Troiæ conditæ. vt infra dicit.

Dicam Troia cades,& Troica Roma reſurget. Virg. *Illic fas regna reſurgere Troiæ.*

Ouid.

Ouid 1.Faſt *Victa tamen vinces euerſaque troia reſurges.*

Obruit hoſtiles iſta ruina domos.

eſt igitur periphraſis Romæ,quę victura erat troiæ victores,totumque terrarum fere orbis.

Felix: Apoſtrophem facit ad Iulium Aſcanium ei præſagiens Italiam futuram felicē ſuos deos penates accipiendo hoſpitio.

Si modo: confirmatio à teſtimonio diuino, hoc eſt ab oraculis Sybillæ Cumeæ,& Caſſandræ vatis.Illa dixit foret ob Remum cæſum expiarentur rura, hoc eſt Remarius ager,in quo cæſus Remus fuit, ideo felicem Terram Italam facturam. Caſſand.vero prædixit priamo parenti ſuo Ilium à Græcis diruturum, & excuſſum in Italia reuicturum, illuſtriuſque futurum. quæquam poetice dixerit videamus.

Cortina reſponſum, vaticinium Sybillæ: & metonymia eſt ſubiecti pro adiuncto. Nam cortina proprie erat cauerna quædam in Apollonis templo,ad quam Phebas rapta vaticinabatur; ita dicta, vel quia certa reſponſa inde fundi putarentur,quaſi certina;vel quia illic cor vatis teneretur,de qua Virg.in 6.

Neque te foebi cortina feſellit.

Sybillæ tremula Auernalis. Periphraſis Deiphobes Sybillæ Cumeę ſenis. ab adiunctis deſcripta eſt à loco, auernalis, Cumeæ, nam Auernus lacus eſt Cumis vicinus.ab ætate,tremulę,ideo a Virgilio appel lata

lata eſt *longæua ſacerdos*, a vaticinio, *dixit ru-ra pianda*. & eſt periphraſis Remarij agri à Remo poſſeſſi, in quo cæſus fuit, *pianda* purganda cæde polluta, quæ rura, qui ager erat in Auentino monte, vbi capras ſe augu-ria Remus dictus fuit ideo dixit *Remo* Auẽtino: ob Remum Auentinum cæſum. & eſt caſus ablatiuus, ſiue ſeptimus

Aut ſi carmina vera vaticinia carminibus prolata, vt apud Horat. in poetica: *Dicta per carmina ſortes* & eſt metonymia adiuncti pro ſubiecto *Ad caput lõgæuũ priami*. ecclypſis eſt participij *dicta* & ad ſignificat vel erga, vel apud. *Caput Priami*, ad priamum ſynecdoche partis pro toto. *Vatis pergamea* periphraſis Caſſandræ troianæ vatis quæ vera prædicebat, ſed fides eius dictis non habebatur. vnde ipſa de ſe ita dicit Eleg. 13. lib. 3.

Certa loquor, ſed nulla fides, neque enim Ilia quod
Verax pergameis Mænas habenda malis.

Fuere rata ſerò. Firma troianorum ſcilicet exitio comprobata. & alluſio eſt ad prouerbium. *Sero ſapiunt Phryges*. Qui non niſi malo ſuo crediderunt

Vertite equum. Vaticinium Caſſandræ eſt ad Græcos.

Reno inquit, abducite ligneum equum in caſtra veſtra,

Male vincitis: ratio ſuaſionis eſt, quia perniciosa vobis hęc futura eſt victoria. nam *Iliatellus* Ilion ipſam *viuet* vigebit, florebit viris. *Huic cineri*, his

reli-

reliquijs troianorum. Ouid. 1. Faſt.

Vrite victrices Neptunia pergama flammæ,
Non minor hic toto eſt altior orbe cinis.

Optima nutricum. Apoſtrophe ad Lupam, quæ credita fuit Romuli, & Remi nutrix nota eſt hiſtoria ex Liuio, & alijs hiſtoricis. commendatur per collationem, *optima nutricum*. Martia dicitur, vel quòd Lupus Marti ſit dicatus, quod cruentus ſit, prædaque viuat, vel quòd Martis prolem nutriſſe ſuo lacte putata fuerit. exclamatione vſus eſt admirationis plena ob talem euentum, vnde ſequitur. *Qualia* ideſt quali amplitudine, & ſplendore creuerunt Romana mœnia lacte tuo quo conditorem Romanæ vrbis aluiſti.

Mœnia namque, Paſſeratius *namque* pro autem exponit, vt etiam infra: *Nam tibi victrices.*

Diſponere Mœnia. componere, & componendo celebrare, & metonymia eſt: *pro verſu* poemate, quo teſtor meam in patriã pietatem. nam pietas in parentes, patriamque eſt. *verſu* ſynedoche numeri pro verſibus, & metonymia materię poematis pro ipſo poemate, quod verſibus conſtat.

Hic mihi, exclamatio dolorem indicans, quòd ad id præſtandum ſe idoneum non iudicet. *paruus ſonus* exiguum ingenium, metonymia effectus pro cauſa.

Sed tamen. quantulumcumque eſt ingenium meum; totam id patriæ laudibus, & ornamento addictum eſſe volo, & mancipatum patriam vero non vmbriam, ideſt Spo-

letum, ſed Romam intelligit. *nam multis*, inquit Cic. de legibus, *duplex patria eſt*.

Quodcumque riui fluxerit quæcumque vena manauerit *riui fluxerit* metaphoræ ſunt, & alluſio ad riui ethimologiam. nam riuus à verbo græco fluxit, quod fluere ſignificat.

E pectore metonymia continentis pro re cõtenta, pro ex ingenio, ratioque eſt tenuitatis ingenij, tenuis enim cauſæ tenuis eſt effectus.

Ennius. lauream coronam concedit Ennio, vt Epico poetæ, Ederaceam ſibi poſcit à Baccho, vt eligiographo, minutoque poetæ.

Sua d Ɛta, ſuo poemata per metonymiam contenti pro continenti, & poemata deinde pro ipſo poeta, alia effectus pro cauſa.

Hirſuta corona periphraſis laureæ coronę. laurus enim hirſuta, aſperaque eſt. & hæc dabatur heroicis poetis.

Folia ſua ex edera ſynecdoche eſt partis pro toto, id eſt coronam ex edera, qua elegiaci, & lyrici vates coronabantur, Bacchuſque ipſe.

Vt noſtris. vt Vmbria antiqua noſtra patria meis elegiarum libris infletur, & tumeſcat.

Vmbria vmbriæ populi, metonymia continentis pro re contenta: *tumefacta* metaphora.

Patria Callimachi Romani periphraſis ſui ipſius ambientis Callemachi nomen, ideſt, vt talis haberetur apud Romanos Elegiarũ

ſcrip-

ſcriptor, qualis apud Græcos Callimachius fuit, veluti Virgilius Homerus Mantuanus dictus fuit, & Marcellus apud Plutarchum Annibal Romanus.

Scandenteſque, Aſcendentes, id eſt, ſi quis de plano, & humili loco artes ſeſe attollentes, & muros ſpectabit: *æſtimet meo ingenio* perpendat ex meo ingenio.

Roma faue. Inuocat Romam, vel tanquam Deam. Nam Tacitus Deam habitam fuiſſe, eique templa dicata dicit: vel metonymia continentis pro contentis Romanis.

Tibi ſurgit opus in gratiam tuam hoc poema cano.

Date expolitio dicti, *Roma faue* Romani præbete mihi *omina candida auſpicia felicia*. & eſt metonymia ſigni. nam color albus decorus eſt, atque gratus. Ita ſupra *Albæ ſuis*.

Et inteſtis. Dextra etiam precatur auſpicia, ideſt proſpera. nam aues dextræ felicitatem denunciant, vt ſiniſtræ infortunium. Cicero tamen aſſerit datum eſſe, alijs auibus dextra, alijs leua vt ratum auſpicium facere poſſint. à dextra Coruus, a ſiniſtra cornix ratum faciebant.

Sacra, dieſque poſt inuocationem proponere videtur ſe ſcripturum Romana facta quæ conſtant Sacris Romanorum, & feſtis, ac profeſtis diebus. ſacra narrat elegia ſequenti de Vertumno, & elegia 6. ſacra facit; elegia vero 10. canit aram maximam, & 11. Iouem Feretrium, dierumque rationem immiſcet. vt de Pallilibus, & natali

vrbis

vrbis Eleg.4 & cognomina locorum,vt ibidē de Tarpeio monte,& Velabro,Quæ dein de plenius tractauit Ou ī Faſt.q ita ꝓpoſuit
Sacra recognoſces annalibus eruta priſcis:
Et quo ſit merito quæq; notata dies.

Has meus. in hoc ego argumento verſabor,& laborabo,& allegoria eſt.vt Eleg.3. lib.3 *Sudet & ad metas.* Virg.
Hic & ad Elei metas.vſq; vltima campi
Sudabit ſpacia.& ſpumat agere cruentas.

Quo ruis: Ante narrationem corripitur ad Horo mathematico hoſpite, quod minime idoneus ſit ſcribendis reb.grauib,quas propoſuit,& à tā graui prouincia reuocat.Quod quidē fecit poeta tũ ad accuſationē ſui ingenij,nō vt oſtēderet argumenta elegiaca, vt plurimum tenuuia eſſe,& medio otia.Ita Hor.in fine odæ 1.l.2. & alibi vide ſyntagma noſtrum de lyrico poemate c 23 de narratione poetica Fecit inſuper, vt per imitationē caneret:quæ poetæ eſt, de qua agimus in ſyntagmate c.3. Ita expone: *properti vage imprudens quo ruis dicere facta? vage* leuis,& inconſtās,niſi legatur *vaga facta* id eſt diſperſa geſta Romanorũ:duo ſunt epitheta,*vage imprudens*, vel ecclypſis coniunctionis & per aſynthetō vel enallage nominis pro aduerbio imprudenter.*Ruis dicere* ad dicēdum, & græciſmus eſt:vt eleg.1. l.1. *ibat videre.*

Non ſunt ratio imprudentiæ per alluſionē ad parcas,& eſt ſententia:parcæ non neuere ſibi fila apta verſibus grandib.non ſe aptum heroicis carminibus fecere. *fila* vel fata ſua,vel opus ipſum quod texitur.

ſcriptor, qualis apud Græcos Callimachius fuit. veluti Virgilius Homerus Mantuanus dictus fuit, & Marcellus apud Plutarchum Annibal Romanus.

Scandenteſque, Aſcendentes, id eſt, ſi quis de plano, & humili loco artes ſeſe attollentes, & muros ſpectabit: *eſtimet meo ingenio* perpendat ex meo ingenio.

Roma faue. Inuocat Romam, vel tanquam Deam. Nam Tacitus Deam habitam fuiſſe, eique templa dicata dicit: vel metonymia continentis pro contentis Romanis.

Tibi ſurgit opus. in gratiam tuam hoc poema cano.

Date expolitio dicti, *Roma faue* Romani præbete mihi *omina candida auſpicia felicia*, & eſt metonymia ſigni. nam color albus decorus eſt, atque gratus. Ita ſupra *Albe ſuis*.

Et intellis. Dextra etiam precatur auſpicia, ideſt proſpera. nam aues dextræ felicitatem denunciant, vt ſiniſtræ infortunium. Cicero tamen aſſerit datum eſſe, alijs auibus dextra, alijs leua vt ratum auſpicium facere poſſint. à dextra Coruus, a ſiniſtra cornix ratum faciebant.

Sacra, dieſque poſt inuocationem proponere videtur ſe ſcripturum Romana facta quæ conſtant Sacris Romanorum, & feſtis, ac profeſtis diebus. ſacra narrat elegia ſequenti de Vertumno, & elegia 6. ſacra facit; elegia vero 10. canit aram maximam, & 11. Iouem Feretrium, dierumque rationem immiſcet. vt de Pallilibus, & natali

vrbis

vrbis Eleg.4 & cognomina locorum,vt ibidẽ de Tarpeio monte,& Velabro,Quæ dein de plenius tractauit Ou ĩ Faſt.q; ita ꝓpoſuit

Sacra recognoſces annalibus eruta priſcis:
Et quo ſit merito quæq; notata dies.

Has meus. in hoc ego argumento verſabor,& laborabo,& allegoria eſt,vt Eleg.3. lib.3 *Sudet & ad metas.* Virg.

Hic & ad Elei metas,vſq; vltima campi
Sudabit ſpacia,& ſpumat ageo re cruentas.

Quo ruis: Ante narrationem corripitur ad Horo mathematico hoſpite, quod minime idoneus ſit ſcribendis reb.grauib,quas propoſuit,& à tã graui prouincia reuocat.Quod quidẽ fecit poeta tũ ad accuſationẽ ſui ingenij,nõ vt oſtẽderet argumenta elegiaca, vt plurimum tenuuia eſſe,& medio otia.Ita Hor.in fine odæ 1.l 2. & alibi vide ſyntagma noſtrum de lyrico poemate c 23 de narratione poetica Fecit inſuper, vt per imitationẽ caneret:quæ poetæ eſt, de qua agimus in ſyntagmate c.3. Ita expone: *properti vage imprudens quo tuis dicere facta? vage* leuis,& incõſtãs,niſi legatur *vaga facta* id eſt diſperſa geſta Romanorũ:duo ſunt epitheta,*vage imprudens*, vel ecclypſis coniunctionis & per aſymthetõ vel enallage nominis pro aduerbio imprudenter.*Ruis dicere* ad dicẽdum, & græciſmus eſt:vt eleg.1. l.1. *ibat videre.*

Non ſunt ratio imprudentiæ per alluſionẽ ad parcas,& eſt ſententia:parcæ non neuere ſibi fila apta verſibus grandib.non ſe aptum heroicis carminibus fecere. *fila* vel fata ſua,vel opus ipſum quod texitur.

A colo dextra a felici parca metonymice poſito inſtrumento parcæ pro ipſa. Colus fæminini generis eſt, etiã colum neutrius reperitur, itaque legitur etiam dextro,

Auerſis lacrymis: laborioſe, & pene cum lacrymis pangis grande poema, quia Auerſus Apollo eſt: & eſt expolitio ſuperioris allegoriæ. Paſſeratius ita exponit. Tu qui fles amores tuos, ad eos lacrymas aduocas cãtus, & res lætas, ſacra ſcilicet, & dies faſtos: vel inquit hyppallage eſt, pro auerſis lacrymas cantibus, id eſt res flebiles. Beroaldus ex cõiectura legit; *auerſis muſis cantas*. Scalig. *Auerſis lacrymis charites.*

Poſcis. ſenſus eſt oras muſam, vt tibi carmina adnuat, quorum ſe, & alios pigeat, id eſt tibi & alijs diſplicitura. *verba* carmina metonymice. *pigenda* quorum te pigebit. *ab inuita lyra* renuente.

Certa feram proponit Aſtrologus re vera nunciaturum ex certis auctorib. deprompta quia ſpheræ, Aſtrologiæq; diſciplinam non ignorare profitetur, quam ſphæram pilã ęratam appellat, cuius inuentor Atlas memoratur.

Certa feram: vera proloquor, certis auctoribus, et ueridicis ſcriptorib., & magiſtris sũpta & locus a coniugatis eſt, & eclypſis tũ præpoſitionis, ex tum participij ſumpta.

Haud ego: ratio veritatis dicendæ, quia ſcio plane ex raciocinationibus ſphæræ, ac ſtellarum motu futura prædicere. *Haud neſcius* lyptore eſt, ſciens: *mouere*, verſare, intelligere ſigna celeſtia, quæ infra tangit.

p. la

pila ςrata ſphera ære,quæ quia rotunda eſt, pila vocatur. æratus!, & æreus, auratus, & aureus inuicem penuntur præſertim apud poetas.

Me creat: vt auctoritatem ſuæ diſciplinæ comparet, ſe ortum à sũmis aſtrologis prædicat,atq; ab eis non degeneraſſe,ſed eorũ doctrinam percepiſſe. ita ordina verba, ac expone.Horos,ſiue Horus Babilonius ſoboles Architæ creat me. Horus inſignis aſtrologi nomen eſt. *Babilonius* antonomaſia eſt, pro probatiſſimus aſtrologus,quales Babilonij erant.nam,inquit Scal. non à patria,ſed à profeſſione Babilonij, & Caldei ſunt geneliaci. ſoboles appoſitio eſt,vel filius, vel nepos,vel pronepos. *Archita* Tarentini pitagorici nobiliſſimi, de quo Horatius

Menſor maris,& terræ, & arenarum.

Huius vitam ſcripſit Laertius. videatur & Gellius l.10.cap 12.

Horus: cõmẽda t patrẽ ſuũ,& familiã,ab auctore,ſiue a genere, quod à Conone Samio profluxerint. Conon Samius fuit mathematicus, qui de aſtrologia libros ſcripſit. de quo Virg. Eclo.c 3.

Di mihi. Teſtatur Deos ſe non diſciuiſſe ab inſtitutis ſuorum maiorum. degenerare eſt ſe indignum genere præbere.

Inq; meis: commendat ſua ſcripta à veritate,quam continent.*prius* poſitus,vel antiqu' *fide*.veritate.Nam ex Tullio,*fidem eſt dictorũ, & factorum conſtantia,& veritas*

Nũc pretiũ. amplificat fidẽ ſuorũ ſcriptorũ collatione diſſimiliũ. Nã dicit ceteros mathe-

maticos aurũ, & pecuniã loco deorũ habere. dum fata emẽtiuntur pecunia corrupti & ita religionem, & fidem in pecuniam vertunt, Beroaldus in eos etiam eſſe dictum intelligit, qui aurum pluris faciunt, quam mathematicam diſciplinam.

Et fall.tur auro Iuppiter: Paſſer. ita exponit, per iouẽ cõcipitur iuſiurandũ, & auri, pecuniæq; interuẽtu peieratur. Beroald⁹ ita. genethliacos corruptos pecunia mẽtiri, & Geneſẽ Iouialẽ polliceri, cuius ſaturnia ſit. motum eſt eſſe ſuperioris membri expoſitionem. fallitur decipitur fraudatur.

Obliqua ſigna. Aſſerit Mathematicus ſe ſiderũ naturã, rerũq; celeſtiũ cauſas notiſſimas habere, & in libris ſuis perſcriptas: & cur iouis ſtella ſit benefica, Martis malefica, Saturni pernicioſa, quid portendãt Piſces, quid Leo, quid Capricornus, quid Heſperiæ ratio huius ſtellarũ diuerſitatis redditur à Macrobio, & Ptolom. Ordo huius loci eſt. Dicã ſigna iterũ rotę obliquæ, dicã felices Iouis ſtellas &c. *Signa iterata* veſtigia frequentata rotæ obliquæ ſolis currus percurrẽtis obliquo tramite, quia ĩflectitur per obliquũ Zodiacũ de quo Vir. *Obliquus quo ſe ſignorũ verteret ordo*

Iterata rota tertius caſus eſt pro ſexto à rota.

Felices ſtellas ſynecdoche numeri pro ſtellam felicem Iouis & ſtellam Martis rapacis vel audi prædæ, veluti militũ eſt natura: vel rapaceis, pro rapaces, id vt ſæuos, rapidas, videatur Macrob. de natura harũ ſtellarũ in ſomnium Scipionis.

Et graue Saturni ſidus,& Saturni ſtellã grauem noxiam,in omne caput,omnibus Iuuenalis iuſte ſidus appellat : Lucanus nocens. Seruius in 1. Georg. duos ait eſſe Planetarum bonas Iouem , & Venerem,duos malos Saturnum,& Martem,vnum communem, & medium Mercurium.

Quid moueant Piſces,Quid moliantur,& pa rent,alij legunt moneant. Manilius ſcribit homines ſub piſciũ;ſigno natos omnis diſci plinæ nauticę futuros ſtudioſos,piſcatoreſq; probatiſſimos. Natura enim rerum cunctarum parens eſt.

Fata quoq; & viſus hominum ſuſpendit ab aſtris; ſed talia tãquã vana,& nugatoria irridetD. Ambroſius,& infirmat l.4 Examen.

Animoſq; ſigna Leonis ſigna ſynecdoche nu meri,ſignũ,ſydus,ſtella Leonis. *animoſa* violenta,rapida,& alluſio eſt ad Leonũ naturã iracũdã.Ait Manilius naſcentes ſub Leone eſſe bellatores,& rapinis victitare.

Et lotus.& dicam, quid Capricornus lot' aqua Heſperia,id eſt maris occidentalis,in quo mergitur.vel quia grauiſſimas pluuias facit præſertim in Italia,quæ Heſperia dicitur.Hor.oda 12.l 2. *ſeu tyrannus Heſperiæ Capricornus vnda*. Manilius.

Tu Capricorne regis quidquid ſub ſole cadente
expoſitum:

Qui ſub Capricorno naſcuntur], ſunt ſcrutatores metallorum,& fabricatores rerũ , quæ ignis vſu conficiuntur.

Troia cades.poteſt pendere hoc mẽbrũ à ſuperiori verbo,dicam vel à ſequenti curaui.

Troia cades euerteris, & Roma troica ex reliquijs troianis reſurges renaſcentis. à troia veniunt poſſeſſiua troicus, troius, & troianus vnde & Cic. in Bruto dixit Troicis temporibus. Scaliger hoc diſthicon locat poſt illud. *ſacra, dieſq; canã longa ſepulcra* metonymia ſequentis pro antecedenti, id eſt funera diuturna ob decemnalem obſidionẽ Troiæ, & errores longos Aeneæ nauigationis.

Dixi ego. probat mathematicus ab euentu ſe optimũ eſſe genetliacũ: quia iã euenerãt, quæ ante euentura prædixerat de duob. geminis in bello perituris, & de puella peritura *Cum Arria produceret,* ad bellum mitteret *duos geminos* duos natos, *dixi* eos ſcilicet *non poſſe referre ſua pila* ſua arma, quibus in bello vſi fuerant, *ad penates patrios.* Nam reduces arma ſua figebant ad poſtes Deorum Ouid. de ponto l. 4 Eleg. 7.

Miles vt emeritis non eſt ſatis vtilis armis,
Ponit ad antiquos, quæ tulit, arma Lares.

Illa dabat, parentheſis rationem continẽtis, cur Arria amiſerit liberos in bello, *quia arma dabat natis.* ideſt ad bellum mittebat, *vetante Deo* renuente Deo, contra Dei voluntatem.

Nempe meam. probatio ſui vaticinij ab euentu. nam, inquit, *duo buſta* duo funera nẽpe Luperci, & Galli *firmant meam fidem* dictorũ meorum veritatem. buſtum ſignificat cadauer iam crematum, & conditum

Quippe Lupercus. Quomodo duo Arriæ filij interierint, refert Lupercus lapſu equi extin-

ctus

ctus eſt, Gallus verò ante Aquilã Romanam intetemptus fuit. Quos interitus eleganter, & per hypothepoſim poeta deſcripſit.

Dum protegit protegere conatur: ora ſaucia equi in quo ſedebat.

Heu ſibi exclamatio miſerantis, & ingemiſcentis alieno malo.

Non bene cauit ſib, ſibi parum conſuluit, ſe non protexit, dum equum protegere vult.

Prolapſo equo. cum equus prolapſus eſſet, & e vulnere corruiſſet. vel ſibi prolapſo ab equo, dum equum protegeret.

Gallus hic Aquilifer erat, qui dũ ſibi commiſſam ab imperatore Aquilam defendit, coruit nam ſignũ amittere magnũ flagitiũ erat, & expiari vel fuſte, vel ſecuri ſolebat. Aquila erat inter ſigna militaria, vt etiam minotaurus, porcus, lupus, equus, de quibus videatur Vegetius lib.3.c.5 *cruento* cruenta ſanguine Galli interfecti

Fatales pueri: epiphonemate claudit ſententiam ad commiſerandum. *Fatales pueri* nempe olim pueri, nũc *duo funera*, duo buſta *matris auaræ*, quia eos ad bellum miſerat ſpe prędæ *Fatales* quia cor fata ei morti addixerant.

Vera fides. certa fides venit meis dictis, ſed tamen noluiſſem contigiſſe.

Idem ego. aliud addit vaticinium ſuum, quod verum fuiſſe dicit. Nempe Cynaram puellam citra mortis periculum parituram, ſi Iunoni Lucina votum feciſſet & ita peperit.

Cum Lucina ideſt Iuno, quę Lucina dicitur, cum paturiētibus adeſt, quod in lucem producat, *traheret* protraheret, produceret *dolores Cynara* parturientis.

Et facerent expolitio: & *pondera denta vteri*. id eſt fœtus nondum natus, & lentus ad egrediendum ex vtero, *facerent* morarentur prodire. hoc eſt cum Cynara difficultatem partus pateretur.

Iunoni votum. ei ſuaſi, vt votum Iunoni Lucinæ nuncuparet, quo nuncupato ſtatim peperit.

Libris: Hinc ego omnibus Mathematicis antepoſitus fui, & quaſi victor declaratus, & meis ſcriptis præcæteris fides habetur.

Hoc neq; Hic Aſtrologus diuinationem, quæ fit ex ſiderum, & celi ſpeculatione reliquis diuinādi generibus anteponit adhibita collatione per inductionē ad Aſtrologiæ, & mathematicæ commendationē. Inductio verò eſt: nec Iouis oraculum, nec Aruſpicum reſponſa, nec auguria, nec vmbra defuncti ab inferis auocata tam vera denunciant; quam vera in libris mathematicorum, & Aſtrologorum continentur. Hæc autem quam poetice, & erudite expreſſerit videamus.

Neq: antrum periphraſis eſt oraculi Iouis Ammonij. nam Ammonia regio mediteranea Lybiæ eſt, in qua Iupiter colebatur, ita dicta ab arenæ copia ad quod alludens poeta antrum arenoſum appellauit. *explicat hoc*: aperit declarat. alia alluſio ad naturā oraculorum, quæ aperta, implicataque erant de quo, & ſequentibus ſimul agimus in Rhetore lib. 2. cap. 3.

An-

Antrum pro oraculo ex antro dato metonymia eſt ſubiecti pro adiuncto.

Aut fibras: id eſt ita explicat. alia periphraſis artis Aruſpicinæ, quia Aruſpices, vt canit Ouid. lib. 15 Metamor.

Protinus ereptas viuenti corpore Libras
Inſpiciunt, mentemq; Deum ſcrutantur in illis.

Fibra pro Aruſpice coniectante ex fibris, quæ ſunt vicinoris extremitates poſita metonymia eſt, & synecdoche numeri ſingularis pro plurali

Locuta deos ſibi commiſſos: quæ dixit deorum numen, & voluntatem, quos in ſe incluſos habet, vnde & Tibul Tibram Deorum conſciam vocat.

Aut ſi quis: ſenſus eſt neq; Augur ita explicat periphraſis igitur eſt Auſpicis. Auſpicii vero eſt triplex, ab inſpiciendis auibus in volatu, & auſpicium dicitur; a garritu, ſiue cantu, & augurium nominatur, & a paſtu, & tripudium ſoliſtimum nuncupatur. itaq; hic ſpecies pro genere poſita eſt per ſynecdochen, ita cornicis pro quorumcumq; auium: *alas motas* pro volatu metonymia cauſa inſtrumentalis pro effectu *ſenſerit* intellexerit, agnouerit, metaphora a ſenſu ad animum. Ita Virg. 3 Aen.

Qui ſidera ſentis,
Et volucrum linguas, & præpetis omina pennæ.

Vmbra : Neq; arte magica vtens in excitandis mortuorum animis ad aliquid nunciandum ita *prodit* tradit, memorat, vt ſupra explicat hæc.

Vmbra mortua. hominis mortui, quia era-

niui eſt: qualis *magicis* quas venefici ſpargũt in illis nefarijs ſacris Virg. ecl. 8. effer aquã 4. Aen.

Sparſerat, & latices ſimulatos fontis Auerni.

Aſpicienda via. non igitur à ſuperioribus; ſed abſtrologia arceſſenda eſt fides, id eſt veritas quam ſententiam ita poetice ornauit. periphraſi zodiaci, *Aſpicienda via eſt cæli* zodiacum enim viam celi appellat Macrobius in ſomnium Scipionis.

Item expolitione; *& omnes verſus per aſtras* nam zodiacus circulus eſt in ſphera, qui alio nomine obliquus dicitur, duodecim cõtinẽs ſigna & hic pariter periphraſtice innuitur. de quo Ouid. in metamor.

Sectus in obliquum lato curuamine limes, Virg.

Obliquus qua ſe ſignorum verteret ordo.

Ab zonis quinque, à quinq; planetis errantibus, & vagis exceptis Sole, & Luna, quæ inter errantes non ſunt. Ita Doſa filius erudite explicat, probatque Scalligerum eſſe alluci natum in hoc loco, qui pro zonis ſtellis legebat ex ſua tantum auctoritate. zonæ enim hic pro ipſis ſtellis metonimice ſumũtur.

Exemplum. probata Aſtrologiæ veritate ſupra ſuo exemplo, & ea prælata Cæſaris diuinãdi generibus, modo Aruſpicinæ, & Aruſpicum, & Ariolorum mendacia probat Calcãtis exemplo. qui dum prædixiſſet Græcos incolumes e Troiano bello reuiſuros in patriam, pulſus fuit, quia nõ redierũt. itaq; Calchas erit graue exẽplũ, ideſt luculentiſſimus teſtis Aruſpicinam mendacem eſſe.

Nam.

Namq: ratio, quia ſolui fecit rates bene hærentes, id eſt claſſem mille nauium; vt dixit Eleg.26 li.2. bene hærentes vel firmiter ſtantes, quia inde moueri non poterant ob aduerſos ventos; vel vtilia, quia illa mora ſum Troianis, tum Græcis perituris proderat.

Ad ſaxa pia, quia lapidoſa regio erat pia bella verabant, dum clāſſem detinerent

Aulide ab Euboico portu, in quem conuenerant naues Græcorum ad Troiam exiture

Idem; iuſſit iphigeniam mactari: vt Diana irata Agamemnoni iphigèniæ patri, quòd ignarus. Ceruū Dianæ in Aulide occidiſſet, quapropter ventorum flatus amouerat, & ideo Græci nauigare non poterant, placaretur, & calchas ſanguine Agaménonio placādam dixerat pro mactari poetice dixit à loco coniunctorum.

Tinxit forum pro iphigeniæ ceruice Agamemnoniæ nempe filiæ.

Et Atrides: Agamemnon Atrei filius. *dedit vela cruenta* cruentus nauigauit ideſt poſt ſacrificatam filiam.

Nec rediere: ergo mendax Calchas.

Tu d ruta, probata falſitate prædictionis Calchantis, apoſtrophem facit ad Troiā, & hortatur eam ad lacrymas cohibēdas, & ad oculos reflectendos ad futurā vltionē apud promontorium Eubææ Caphareum: nam Euboici ſinus vltores eius cladis fuerunt quia ibi Græci naufragium fecerunt.

Nauplius, narrat quomodo, & cur Græci perierint naufragio apud Caphareū promō-

niui eſt: qualis *magicis* quas venefici ſpargũt in illis nefarijs ſacris Virg. ecl. 8. effer aquã 4. Aen.
Sparſerat, & latices ſimulatos fontis Auerni.

Aſpicienda via. non igitur à ſuperioribus; ſed abſtrologia arceſſenda eſt fides, id eſt veritas quam ſententiam ita poetice ornauit. periphraſi zodiaci, *Aſpicienda via eſt cali* zodiacum enim viam celi appellat Macrobius in ſomnium Scipionis.

Item expolitione; *& omnes verſus per aſtras* nam zodiacus circulus eſt in ſphera, quia lio nomine oliquus dicitur, duodecim cõtinẽs ſigna & hic pariter periphraſtice innuitur. de quo Ouid. in metamor.
Sectus in obliquum lato curuamine limes, Virg.
Obliquus qua ſe ſignorum verteret ordo.

Abzonis quinque, à quinq; planetis erranti bus, & vagis exceptis Sole, & Luna, quæ inter errantes non ſunt. Ita Doſa filius erudite explicat, probatque Scalligerum eſſe alluci natum in hoc loco, qui pro zonis ſtellis legebat ex ſua tantum auctoritate. zonæ enim hic pro ipſis ſtellis metonimice ſumũtur.

Exemplum. probata Aſtrologiæ veritate ſupra ſuo exemplo, & ea prælata Cæſaris di uinãdi generibus, modo Aruſpicinæ, & Aruſpicum, & Ariolorum mendacia probat Calcãtis exemplo. qui dum prædixiſſet Græcos incolumes e Troiano bello rediſuros in patriam, pulſus fuit, quia nõ redierũt. itaq; Calchas erit graue exẽplũ, ideſt luculentiſſimus teſtis Aruſpicinam mendacem eſſe.

Nam.

Namq: ratio, quia ſoluii fecit rates bene hærentes, id eſt claſſem mille nauium; vt dixit Eleg.26 li.2. bene hærentes vel firmiter ſtantes, quia inde moueri non poterant ob aduerſos ventos; vel vtilia, quia illa mora ſum Troianis, tum Græcis perituris proderat.

Ad ſaxa pia, quia lapidoſa regio erat pia bella verabant, dum claſſem detinerent

Aulide ab Euboico portu, in quem conuenerant naues Græcorum ad Troiam exituræ

Idem; iuſſit iphigeniam mactari: vt Diana irata Agamemnoni iphigèniæ patri, quòd ignarus Ceruū Dianæ in Aulide occidiſſet, quapropter ventorum flatus amouerat, & ideo Græci nauigare non poterant, placaretur, & calchas ſanguine Agamēnonio placādam dixerat pro mactari poetice dixit à loco coniunctorum.

Tinxit forum pro iphigeniæ ceruice Agamemnoniæ nempe filiæ.

Et Atrides: Agamemnon Atrei filius. *dedit vela cruenta* cruentus nauigauit ideſt poſt ſacrificatam filiam.

Nec rediere: ergo mendax Calchas.

Tu dructa, probata falſitate prædictionis Calchantis, apoſtrophem facit ad Troiā, & hortatur eam ad lacrymas cohibēdas, & ad oculos reflectendos ad futurā vltionē apud promontorium Eubææ Caphareum: nam Euboici ſinus vltores eius cladis fuerunt quia ibi Græci naufragium fecerunt.

Nauplius, narrat quomodo, & cur Græci perierint naufragio apud Caphareū promō-

torium Palamedes, cuius res geſtas narrat ſer 2. Aen ibi:

Fando aliquid ſi forte tuas peruenit ad aures
Belide nomen palamedis.

Falſa tandem Vliſſis inimici accuſatione proditionis Græcorum lapidibus obrutus fuit. Itaq; Nauplaius eius pater, vt vlciſceretur filij necem elegata facula ignū dedit ex Caphaneo promontorio Græcis laborantibus naufragio, qui credentes illos ignes indicare portum tutiſſimum inter aſperrimos ſcopulos naufragium pertulerunt:& ita Græci diſi ecti natabant,& a ſpolijs,exuuijſque Troianis in naufragio opprimebantur.

Vltores ignes porrigit: procul oſtendit vltores ignes luctus ſui.

Sub noctem temporis circumſtantia probabile factum reddens; nam interdiu patuiſſent inſidiæ.

Et natat periphraſis naufragij *Græcia* metonymia ſubiecti,pro adiuncto, Græci: *tuis exuuijs* o troia,& perſtat in apoſtrophe.

Victor Oilide Cauſa naufragij Græcorum fuit Aeax Oilei filius,qui e templo Mineruæ Caſſandram vatem, quam impatienter amabat abſtraxit,& violauit,qui a Minerua fulmine percuſſus,& ſaxo obrutus a Neptuno fuit de quo Ouid in Ibin.

Vtq; ferox perijt & fulmine,& æquore raptos.

Cuius mortem non contenta naufragio etiā cæteros græcos affecit.

Victor Oilide ſarcaſmus eſt, & amara quædam irriſio eſt,de qua vide lib 3 & cap.17. Rhetoris de ironia. *Oilide* patronymicum eſt.

eſt: *victor* voti compos, amata potitus *Rape & dilige* hyſteron proteron, dilige, & rape. *rat. m quam* periphraſis Caſſandræ.

Minerua uetat auelli prohibet eripi e templo, ſignoq; ſuo, cuius amiculo tegebatur, vnde dixit *ueſte ſua* qua ſuum ſimulacrum tegebatur.

Hactenus hiſtoria. tranſitio plena complectens primum dicta, *hactenus hiſtoria* ideſt narratæ ſunt, & per hiſtorias etiam fabulas intelligit: deinde dicenda addit, *Nunc ad ſua deuehor aſtra:* ideſt oratione, & ſermone delabor ad tuam geneſim, quæ ab aſtris pendet, itaq; metonymia eſt poſita cauſa pro effectu. Aſtra pro a ſtro synecdoche.

Incipe captat attentionem Mathematicus horando Propertium ad ſuam conſtellationem audiendam.

Lacrymis nouis a ſe renouatis hoc meo nouo carmine. prius enim lacrymis fuderat in obitu parentum, & in ſubhaſtatione facta ſuorum bonorum, quæ ex conſtellatione collecta ei denunciat. *Aequus* patiens, nec conſternatus

Vmbria. Regionem, vbi natus fuit Propertius tangit Aſtrologus, quam a vetuſtate cõmendat. *notis penatibus* e nota, & celebri progenie.

Mentior? vera non dico? correctio eſt. quia Meuania eius patria in vmbriæ finibus erat ſita, itaq; ſubdit *an ora tua patria tangitur* ora quidem pro regione capitur, vt apud Virg. *Quibus aut veniſtis ab oris?* ſed hic pro extremitate capitur.

Qua-

Qua nebuloſa. Situm loci deſcribit . Mœnia vrbs vmbriæ ſita ad viam Flaminiam . Scaliger hic docet Meuoniam pro regione, & planicie accipi, non pro vrbe, & Ameriã ei vicinam in colle ſciam eſſe, patriam Propertij. ſic Troia regio eſt, & vrbs Seru. in illud 2 Georg. *Hinc albi Clitumne greges*. Clitumnus, ait, fluuius eſt in Meuonia, quæ pars eſt Vmbriæ partis Thuſiæ. Scaligero credendum eſt, qui firmis rationibus hoc probat .

Qua nebuloſa, pulchra topographia eſt patriæ Propertij .

Qua ſupple ora *Miuania nebuloſa*, quia in campo cauo, ideſt humili, & depreſſo, & valles exhalant, nebulas, quę cum ſerenum, ima petunt, cum nubilum ſumma. *Rorat* rore manat, & humore multo . .

Et lacus. Hic ex Scaligero per lacum vmbrum lacum vadimonem intelligimus, qui Ameriæ lacus eſt. *Intepet* tepidior fit, *aquis æſtiuis* ęſtiui temporis.

Scandentiſq; Iuxta hunc lacum eſt collis , in quo ſita eſt Ameria patria Propertij Hic controuerſia eſt apud interpretes in dictione *Axis* Beroaldus putat cliuum illum dictũ eſſe axem ob altitudinem , vel quia eſſet tale nomen illius collis. Lypſius legit Aſis pro nomine montis , ſed bene refellitur a ſcaligero . Paſſeratius legit non axis, ſed arcis , & probat ſuam lectionem, & ita tollitur difficultas, & ita diſponas verba, ſi axis legis , murus conſurgit vertice axis ſcandentis, id eſt aſſurgentis.

Murus ab. ſenſus eſt patria ſua per ſe nobilis,

ſis,notaq; eſt,ſed ſuis carminibus nobilior, celebriorq; facta eſt.

Murus murus reuocatio eſt, græce anadiploſis.

Oſſa legiſti. Mortuum eſſe patrem Propertio non opportuno tempore dicit, & ſimul opes amiſiſſe.Et hoc poetici nam conſequẽtium locum adhibuit. *Oſſaque legiſti*. Munus namque propinquorum erat, cadauere cremato, & extincto rogo oſſa legere.

Non illa ætate legenda. id eſt ante diem. vel quia puer eſſet adhuc Propertius, vel quia nondum ſenex pater, & quia coactus fuit diſerere domum paternam diuitem,& recipere ſe in pauperem matris. Idem queritur Saphpho ad Phaonem apud Ouid.

Sex mihi natales ierant, cum lecta parentis
Ante diem lacrymas oſſa bibere meas.

Nam tua ratio cur ante diem patrem amiſerit,quia ſimul etiam opes amiſit.hanc ſententiam metonymia conſequentium pro antecedentibus expreſſit.

Multi iuuenci verſarent ararent *tua rura* nã magna rura multos iuuencos requirunt.

Abſtulit,modus eſt,quo ſua prædia amiſit, qui fuit ſecundum Scaligerum, & Turnebũ lib 26. cap. 25 perticatione, & non ſubhaſtatione,vt putauit Beroaldus,ſignificat,inquit Turnebus, adſignatos agros ſuos fuiſſe, & pulſum poſſeſſionibus paternis,& ad paupertatem redactum. Menſum enim perticis, vel decem pedis veteranis attribuere ſolebant:veriſimile dicit Paſſeratius eſſe ademptos illi agros ſyllana proſcriptione,vt vo-

latu-

laturanis omnibus, & maiori parti Etruriæ. Cic pro Cecin *pertica triſtis*: ab effectu, vt mors triſtis & metonymia eſt. Virg. in dyris impiam dicit.

Pertica, quæ noſtros metata eſt impia agellos.

Mox, vbi Mathematicus hic dicit Propertium vatem factum fuiſſe, quando depoſitis inſignijs puerilibus togam virilem ſumpſit, & adoleſcentiam eſt ingreſſus. hoc verò poetice dixit poſitis ætatum inſignijs, & adiũctis per metonymiam pro ætatibus ipſis: bulla videlicet pro pueritia, & toga pro adoleſcentia. Nam vt tradit Aſconius, bulla ſuſpendi in collo infantibus ingenuis ſolet aurea, libertinis ſcortea. De qua etiam Macrob. lib 1. ſatur. cap. 6. loquitur, vbi ait cordis figuram in bulla ante pectus aunexã, quam inſpicientes ita demũ ſe homines cogitarent, ſi corde præſtarent. Adoleſcentiæ initium innuit per depoſitionem bullæ; & togæ aſſumptionem, quæ poſt decimum ſeptimum annũ ſumebatur depoſita prætexta, hæc fiebat ante Deos lares, ideſt domorum tutelares, & quia iam patreu amiſerat. Propertius, ideo dixit *Matris ante Deos.* nam paternis bonis amiſſis in exili manis domo educabatur

Libera toga. quæ liberalibus ſumabatur, & ratio datur ab Oui. 3. Faſt. de Baccho loqués.

Siue quòd es liber, veſtis quoq; libera per te
Sumitur, & vitæ liberioris iter.

Tum tibi ſenſus eſt, vt puto: tunc Apollo denunciat te vatem, elegiacum, non oratorem, quem ita poetice exptreſſit. *Apollo dictat tibi.*

tibi præcipit,proponit tanquã præceptor,cuius eſt dictare *de ſuo carmine pauca*: deui pangendi carminis, id eſt poeticæ idoneum ſe reddit. *pauca* ad modeſtiam ſuam dixit indicandam,& ad vitandam arrogantiam.

Et vetat prohibet,non ſinit,quia numen ſęuum,& ſiniſtrum *tonare verba* forti voce,magnoq; verborũ ſonitu perorare;*in foro inſano*: clamoſo,& litigioſo,quia inſaniȩ & clamor id eſt non vult ſe eſſe vehementem, & contentioſum oratorem.

At tu finge. præcipit Propertio, vt ſcribendum ſumat elegiacum poema tanquã ſuis viribus aptum. Nam non omnibus omnia conueniunt arguméta. alij legunt, *& tu finge* ſcribe elegos,quia alij etiam ſcripſerũt,vt philetas,& calimachus. Si at legitur,ſignificat Propertium aptiorem eſſe poeticæ, quã oratoriæ facultati,& Elagiacis,q̃ alijs poematib. ſcribẽdis,& hãc lectionẽ magis probo.

Fallax opus appoſitio eſt,id eſt ad fallendũ, & excantandũ puellas. nam fallacia veneficarum eſt, & magorum ob præſtigia. El. 3. l. 3. *Vt per te clauſas ſciat excantare puellas.*

Hæc tua caſtra allegoria eſt,elegiaca carmina,præſertim amatoria ſcribes. Allegoriam Ou explicat. *Militię ſpeties amor eſt ſcribat vt.* & alij poſtea te imitẽtur vnde eleg. 1. lib. 3. *Scriptorumq; meus turba ſecuta rotas.* & ſignificat præſtantem elegiacum eſſe euaſurum.

Militiam Veneris prædicit Propertiũ perdite amaturũ,& amatæ timẽdas eſſe inſidias.

Patieris, Veneris militiã blandis ſub armis allegoria eſt, ꝑ amore capiẽtis amabis. ſub te

neris

neris armis, in blandis & dulcib. ad differẽtiã armorũ martis, quæ ſæua ſunt Paſſeratius legit ſub annis teneris, id eſt iuuenilibus, qui blanditijs, amoriq; apti ſunt.

Et Veneris: expolitio ſuperioris ſententiæ: Cupidines Veneris filij bellum gerent tecũ, teq; ſuperabunt, & illorum gloriam augebis. quod ſignificant verba illa, *eris hoſtis vtilis* hoſtis enim victus alteri hoſti vtilis eſt, & gloriæ.

Nam tibi. Ratio, quia quotquot induſtria qua ſuiſti laudes, & glorias, vna puella ob eximiam formam lu̇dẽdo tibi extorquebit; eu̇ neſcere faciet. Miſerrima perdite amantium cõditio, qui laudes, & gloriam per res præclare geſtas, & per ingeniorum monumenta comparatam amittunt, & dedecus, ac miſerias acquirunt.

Victrices palmas. victoriæ indices.

Et bene Allegorice aliam amantis miſeriã exprimit, quæ eſt, quo magis ſe amoris vinculis expedire conatur, eò arctius eum implicari. Metaphorę ductæ ſunt a capite damnatis olim, qui trahebantur vnco a carnificé, & in Gemonias abijciebantur Quid igitur amante miſerius? *diſcuſſeris*, diſcutere conatus fueris: *vncum fixum* clauum cupidinis, quo fixus eſt amantis animus, vt vncus gutturi damnatorum. ab vnco venit vncinus.

Nil erit hoc: nihil egeris.

Roſtro te premet: ratio eſt, quia *anſa* vnci *premet te* tenebit ſtringens *roſtro ſuo* ferro adunco. metaphora ab auibus.

Illius arbitrio: vt illi placebit, vel lętus, vel

tri-

triſtis, vel uigilabis, vel dormies, vel viuus, vel mortuus eris.

Arbitrio illius ad nutum, & voluntatem.

Gutta quoq; nec flebis ſine eius iuſſu: metonymia conſequentium pro antecedentibus.

Nec mille. Quando coniux voluerit tibi fidem fallere, nec plurimi cuſtodes, nec bene obſerata limina proderunt. quia minima quæq; occaſio illi ſatis erit. alluſit enim ad prouerbium *Reperire rimam* Plaut. Curcul. ſc. 2 act. 4 *Aliquam reperitis rimam*.

Perſuaſa. quæ ſibi perſuaſerit fallere ſecum deuenerit.

Nunc tua. concludit Mathematicus ſuam prædictionem affirmans Propertio non eſſe metuenda maris, vel belli pericula, non terræmotus, & hiatus, ſed Cancri ſignum celeſte. ideſt cum Sol Cancrum cõſcendit. quod ſidus natale Cynthię eius vxoris, ſiue amicę erat. ſub quo ſigno nati auaritiæ putantur dediti: vnde Manilius de hoc.

Ille tenax animi, nulloſq; effuſus in uſus
Attribuit varios quæſtus, artemq; lucrorum.

Tua puppis periphraſis eſt verbi, nauiges in turbato ventis mari.

inermis armatis anthiteta.

Tellus deducat: deorſum ducat te, *hiatu cauo* rima caua.

Octipedis caneſi: ſenſus ſuperiora ne timeas, ac deuites; vt ſidus Cancri; quia illa non tam ſibi ſunt ſiniſtra, hoc eſt infeſta, & inimica, vt terga Cancri, hoc eſt Cancer ipſe per ſynecdochem.

Ele-

Elegiæ II. Selectarum Propertij de fabula Vertumni.

Argumentum.

INducit Poeta in hac Elegia Vertumnum fabuloſum Deum referentem ſuam multiformem poteſtatem, & cauſas, cur Vertumnus nuncupetur, necnon locum indicantem, vbi Romæ colatur.

Elegia.

Quid mirare meas tot in vno corpore formas?
Accipe Vertumni ſigna paterna dei.
Tuſcus ego Tuſcis orior, nec pœnitet inter
Prœlia Volſcinos deſeruiſſe focos.
Nęc me turba iuuat, nec templo lætor eburno:
Romanum ſatis eſt poſſe videre forum.
Hac quondam Tiberinus iter faciebat, & aiunt
Remorum auditos per vada pulſa ſonos.
At poſtquam ille ſuis tantum conceſſit alumnis,
Vertumnus verſo dicor ab amne deus:
Seu quia vertentis fructum percepimus anni,
Vertumni rurſus credidit eſſe ſacrum.
Prima mihi variat liuentibus vua racemis,
Et coma lactenti ſpicea fruge tumet.
Hic dulces ceraſos, hic autumnalia pruna
Cernis, & ęſtiuo mora rubere die.
Inſitor hic ſoluit pomoſa vota corona,
Cum pyrus inuito ſtipite mala tulit.
Mendax fama noces: alius mihi nominis index:

De

De ſe narranti tu modo crede deo.
Opportuna mea eſt cunctis natura figuris.
In quamcumq; voles, verte: decorus ero.
Indue me cois, fiam non dura puella
Meq; virum ſumpta quis neget eſſe toga?
Da falcem, & torto frōtem mihi comprime fœno:
Iurabis noſtra gramina ſecta manu.
Arma tuli quondam, & memini laudabar in illis:
Corbis at impoſito pondere meſſor eram
Sobrius ad lites: at cum eſt impoſta corona.
Clamabis capiti vina ſubeſſe meo.
Cinge caput mitra: ſpeciem furabor Iaccabi,
Furabor Phœbi: ſi modo plectra dabis.
Caſſibus impoſitis venor, ſed arundine ſumpta
Faunus fumoſo ſum deus aucupio.
Eſt etiam aurigę ſpecies Vertumnus, & eius,
Traijcit alterno qui leue pondus equo.
Suppetat hoc piſces calamo prędabor, & ibo
Mundus demiſſis inſtitor in tunicis.
Paſtorem ad baculum poſſum curare, vel idem
Sirpiculis medio puluere ferre roſam.
Nam quid ego adijciā, de quo mihi maxima fama
Hortorum in manibus dona probata meis? (eſt
Ceruleus Cucumis, tumidoq; cucurbita ventre
Me notat, & iunco braſſica vincta leui.
Nec flos vllus hiat pratis, quin ille decenter
Impoſitus fronti langueat ante meā.
At mihi, quod formas omnes vertebar in omnes,
Nomen ab euentu patria lingua dedit.
At tu Roma meis tribuiſti, premia Tuſcis,
Vnde hodie vicus nomina Tuſcus habet.
Tempore, quo ſocijs venit Lucomedius armis,
Atq; Sabina feri contulit arma Tati.
Vidi ego labentes acies, & tela caduca,

Atq;

Atq; hoſtes turpi terga dediſſe fuga.
Sed facias diuum ſator, vt Romana per æuum
Tranſeat ante meos turba togata pedes.
Sed ſuperant verſus te, qui ad vadimonia curris,
Non moror: hæc ſpatijs vltima meta meis.
Stipes acernus eram, properanti falce dolatus,
Ante Numam grata pauper in vrbe deus.
At tibi Mamuri formæ cælator athena
Tellus artifices ne terat oſca manus;
Qui me tam dociles potuiſti fundere in vſus.
Vnum opus eſt. operi non datur vnus honos.

Artificium, & enarratio.

HAec Elegia duas habet partes, propoſitionem, quæ primo diſticho continetur, & narrationem complectentem, quis, & qualis Deus eſſet, curq; vertumnus nuncupatus, deinde vbi Romæ ſacellum haberet, ac coleretur, cur, ſiue occaſio. *At tu Roma.* poſtremo agit de ſuo ſimulacro: *ſtipes acernus.*

Io. Annius totam hanc Elegiam de vertumno ad laudem Noee iuſti, & aurei Vertumni Iani principis Italiæ refert.

Quid mirare. Incipit Elegiam per proſopopeiam. Nam, cum fingat poeta ſe mirãtem, & contemplãntem vertumni ſimulacrum in ſacello in vico Tuſco poſitum, inducit vertumnum varias in veſte ſua formas quod admirationis cauſa erat, explicãtem ipſum alloquendo, & eſt ſententia, ne mireris Properti tot formas in hoc ſimulacro impreſſas, id eſt tam varias, multipliceſque figuras.

Quia

Quia hæc ſunt ſigna paterna, id eſt patria, vel patriæ Tuſciæ, aqua huc tranſlatus ſum. ſigna enim ad ſignificandum fiunt. idcirco ad ſignificandas cauſas diuinitatis meæ Hetruria expreſſit mihi hæc ſigna, & figuras.

Vertumni Dei. Vertumnus dictus fuit, quòd in omnes formas ſe transfiguraret, & verteret. Acro interpretatur Vertumnum Deum eſſe humanarum cogitationum præſidem, ideoq; multiformem fingi, & inconſtantem, quemadmodum & illæ variæ ſunt, & mutabiles. Porphirio dixit Deum eſſe vertendarum, rerum, hoc eſt vendendarum, & emendarum. Huius Dei coniugem fuiſſe memorant poetæ. Poterit videri Gyraldus ſyntagmate 4. de Hiſt. Deorum. Ouid 14. Metam. vbi varias refert Metamorphoſes, vt Virg. in Georg. ſub Prothei perſona, qui idem eſt, ac vertumnus.

Tuſcus ego. Cuias ſit vertumnus, indicat. Ego, inquit, qui modo Romæ color, Tuſcus ſum, id eſt Tuſcaniç vrbis princeps Deus: vel ex Tuſcis orior, ex Etruria oriundus ſum.

Nec pœnitet. non male mecum actum puto, quòd patriã deſeruerim, id eſt relictis Volſcinijs Romam nigrauerim. *Inter prçlia.* Quando id fecerit, denotat, bello nempe Romuleo cõtra Sabinos. Quando Galericus Lucumo, qui in vexillo ſuo me præſentẽ habebat, Romuli partes iuuit. Quod circa finem declarat Elegia.

Focos: ſedes, penates meos.

Hac me turba iuuat. ita legendũ ex Lypſio, non

non *Nec me turba turba* Romana: *iuuat*: delectat, placet, &c. eſt ratio, cur non eum pœniteat.

Nec templo. Nec placet ædes ebore, & auro exculta paupere ædem habebat in Tuſco vico in 8. regione vrbis ex victorio *eburno* pro eborato: vt Elegia 2. l. 3. eburna camera contra etiam dicunt cathenas æratas, pro æreas.

Romanum. vbi ius dicebatur. Eleg. 4. huius lib.

Atq; vbi nunc terris dicuntur iura ſubactis,
Stabant Romano conſpicienda foro.

Petrus Victorius decem, & ſeptem fora commemorat, quorum primum Romanum erat, quod & magnum dicitur.

Hac quondam. Hic oſtendit velabrum. nam illac olim Tiber fluebat. Tibul. Eleg 5. lib. 2.

At qua velabri regio patet, ire ſolebat
Exiguus pulla per vnda linter aqua.

Iter faciebat. Fluebat metaphora ab homine.

Remotum ſonos. periphraſis nauigandi a loco adiunctorum. Nam ſonus excitatur ex aqua renis percuſſa, dum nauigatur. *Vada* fluctus percuſſi remis.

Ac poſtquam. Incipit rationes dicere, quare dictus ſit vertumnus, qui ante Ianus dicebatur. prima ratio eſt, quia eo inuocato Tiberinus auerſus fuit a Luceribus, a qua auerſione primum Ianus Romæ dictus fuit Vertumnus.

Hiſtoriam Fab. pictor ita ſcribit. Regio illa Romæ ante Galeritum, & Romulum in habi-

habitabilis erat, quia Tyberis egreſſus aluē um multis in locis ſtagna effecerat, poſtea factis Vertumno ſacrificiis aueis⁹ fuit Amnis, & ſiccata regio, quā poſtea Luceres Tuſci coluerunt, ibiq; fuit vertūn⁹ Verba ita explica poſtquam ille ſcilicet Tyberis tātū ſuis alumnis, conceſſit, iribuit, vt eorū cauſa iter verteret: decorus deus Vertumnus ab amne verſo, ab amnis curſu mutato.

Sui s Alumnis. Beroaldus, cui adheret Paſſeratius, intelligit Romanos putans dici eius alūnos, quod eis alimēta ſubuehat ab Oſtia & nititur probare alūnū dici eū, qui alitur, & qui alit ſed melius eſt hic intelligere nō Romanos, ſed quia Luceres Tuſcos, qui ſiccata illa regione, ibi habitarunt. & ita in propria ſignificatione accipietur.

Seu quia. Secunda ratio eſt, quia apud Tuſcos ſemper exiſtimatus eſt Deus anni vertentis, idcir ei primitias quatuor partiū anni offerebant. vt in vere ceraſos, & lactētes ſpicas, in æſtate mora, & primum matureſcentes vuas; & in autumno pruna, & huiuſ modi Quę Ianus in conuerſione partium anni exiſtimabant efficere.

Percepimus fructum: collegimus fruges *cre. dit* nempe vulgus, *eſſe ſacrum Vertumni*: eſſe vertumnalia quę menſe Octobri erant, Quidā libri prorurs⁹ legūt vulg⁹. alij creditur.

Prima mihi: expolitio ſuperioris ſemētiæ; explicat enim quæ primitiarum munera ei offerrentur. primum ponit racemos vuæ incipienti matureſcere. prima vua variat mihi, matureſcit in vtilitatem,

& honorem meum, quia mihi vouetur, & ſoluitur.

Liuentibus racemis nigreſcentibus, & colorem ducentibus, & eſt metaphora ab eis, qui plagam acceperunt ſine acie ferri.

Et coma ideſt ſpicę lactentes offeruntur. *coma ſpicea* ſpicę cacumen. nam coma de floribus, herbis, & arboribus dicitur, & eſt ſynecdoche partis pro toto. tumet ſcilicet mihi. ideſt impletur, grauida fit.

Fruge grano futuro, lactēti adhuc tenera, & lactis plena. & lactētia dicũtur frumēta.

Et dulces ceraſos. Cernis apud me ceraſos dulces, ideſt fructus dulces ferētes & arborem pro fructu poſuit. Vt Tib. el. 1 l. 1. fructus pro arbore poma pro pomos.

Autumnalia pruna ſub Autumnum matureſcentia.

Mora rubere: nam antequam matura fiant, rubra ſunt.

Die æſtiuo, calidiſſimo, & dies pro tempore eſt.

Inſitor. Tertia cauſa, cur Vertumnus dicatur, eſt, quia Deus pacis, ac fęderis habebatur non ſolum inter homines, ſed etiam inter arbores: vt patet in inſitione arborum diuerſarum idcirco prima poma earum ei offerebantur. Vnde ait poeta, ſiue Vertumnus inſitorem ſoluere ſibi vota, ideſt coronam e ramis implexis cum ſuis pomis, qua cingitur eius caput & per poma intellige quoſcumque fructus ex inſitione prouenientes.

Cum pyrus: Cum primos fructus inſita arbor produxit. nam hic pyrus metonymia eſt

ſpe-

ſpeciei pro genere.

Inuito ſtipite; recuſanti ferre alienos fructus, & vt ait Virg. *non ſua poma.* Hinc etiam Ariſtotiles dixit, meliorem eſſe inſitionem, quæ fit in arboribus Eiuſdem generis veluti fici in fico, nucis in nuce, pyri in piro.

Mendax fama noces, Tres allatas rationes ſui nominis veras eſſe teſtatur, & non alias ab aliis allatas . ideo noces, mihi moleſta es, me lædis tuo mendacio.

Alius mihi nominis index : alia etiã eſt mei nominis notatio, & etymologia, & hæc quarta ratio cur ita nominetur & eſt, quia eius natura eſt opportuna, & idonea ad cũctas figuras, & formas ſuſcipiẽdas. Hic poeta ingeniũ, & prudentiam Iani ſub eiuſdẽ perſona ſumit deſcribendam vt ſymbola illa varia figurarum, quæ pictæ erant in eius veſte, declaret : De qua prudentia Macrob. in 1. Satir. ita dicit. Ianus gemina facie pręfertur, quod profecto ad ipſius prudentiam refertur, qui & præſentia nouit, & futura proſpexit. nã prudentia ex Ar. oẽs virtutes metitur, cum ſit recta ratio agibilium, quæ agibilia multiplicia ſunt. Senſus igitur huius loci eſt, mea natura, & prudentia ciuilis eſt, opportuna, & idonea cunctis figuris viuendi verte me Vertumnum in quamcũque voles figuram, & vitæ inſtitutionem decorus ero, quia ſemper illam inſtitutionem inuenies ad honeſtatem pertinere.

Indue me cois. forma veſtis coæ, & togæ erat in veſte Vertumni impreſſa in quib. decorus, quia non modo docuit veſtes ad hone

ſtatem, ne nudi eſſe homines, ſed etiam ad diſcernendum ſexum, ne promiſcui eſſent. Ergo Vertumnus dicitur verſus in formam puellæ, & viri quia tegumenta illis congruentia præſtitit.

Cois veſtibus à loco vbi repertę: *Non dura* mollis, vt ſunt fæminæ; & ſum muliebres veſtes. *Atque toga* quæ viri propria eſt.

Da falcem. itē in veſte erat impreſſa forma viri fęnarij cum falce, & fæno in fronte ſiue fronte reuincta fæno torto, implexo ad ſolis ardorem arcendum ait Torneb l 23. c 6 & hoc, quia rationē fœnariā præſtitit, & falcē, & ideo fingitur verſus formā fœnarij cū falce, & corona fœnea. comprime redimi circunda, iurabis religioſe affirmabis. *gramina ſecta*, herbas pratorum reciſas à me metonymia ſpeciei pro genere

Arma tuli: erant etiā impreſſa formę militis armati, & ſegetum meſſoris; & ideo dicebatur verſus in militem, & in meſſorē. quia docuit militiam, & metendi rationem, *laudabar in illis* me decere dicebantur.

In graui pondere corbis ideſt ferens grauem urbem eram meſſor, referebam meſſorem. corbis meſſorum eſt in quam ſpicas inijciebant Ouid met. 14. de eodem.

O quoties habitu veri meſſoris ariſta
Corbe tulit, veriq; fuit meſſoris imago.

ibidem etiam legitur de armata figura Vertumni, & alia.

Sobrius ad lites. Formas iudicis ſobrij, & inuentoris vitium, ac vini explicat. Quia docuit rationes ſummarias iudicādi, viniq;

cōficiēdi ex Fabio pictor. Quare ſobri⁹ ad lites dicit ouid 1. Faſt. de Iani regna loquēs;

Proq; metu populum, ſine vi pudor ipſe regebat.
Nullis erat iuſtis reddere iura viris.

Turnebus l. 3. c. 23. exponit ad cauſas aptus, & aduocationes, quia ſobrius ad cauſas eſt accōmodatus, quaſi dicat ſe bonū eſſe cauſidicum.

Sed cum: ſed quādo viteā coronā in capitē gero, affirmabis me vini eſſe inuētorē. *vina ſubeſſe mei capiti* meæ inuentioni; & capiti metonymia erit continentis pro re cōtēta. lego ſubeſſe, vt Scaliger affirmat legi in ſuo codice, licet ipſe hāc lectionē reprobet, & legat *ſubiiſſe* quod interpretātur ebriū effectū, quod vinū īſidietur bibēti ſed cōgruētior videtur ſuperior explicatio. niſi dicam⁹ poetā hic alluſiſſe ad Noam, ſiue Nouemū inuētorē vini, a quo deceptus ebrius factus fuit.

Cinge caput. Explicat ſymbola ſacerdotis mitra; & alba veſte redimiti pōtificia, & Apollinis cū cythara. & eſt, quia ſecūdū Cat. Fab. pictorē Vertūn⁹ docuit Lucumon. ſuos duodecim faſces, & veſtes pōtificias, uecnō religionē, Theologiā rituales, aras, & rit⁹ tecte Macrob. docuit ſecreta naturæ, & phyſicam, & quoniam omnia fere & carmine, & lyra decantant Theologi, poetæ, & pontifices, ideo dicitur conuerti in figuram pontificis, & Apollinis.

Furabor. Aſſurdam latenter formam pontificis, *Achiui* ad ſimilitudinem Archiui regis & Sacerdotis, & erit ſynecdoche ſpeciei. Qui tamē Achiui a Lucumonib. accepe-

runt Alij legunt Iacchi, ideſt Pacchi; cuius Pontifices lydia mitra vtebantur: Propert. in elegia ad Bacchum.

Candida laxatis onerabo colla corymbis,

Cinget Baſſaricas lydia mitra comas:

Caſſibus impoſitis: Caſſes ideſt retia hume ris homini impoſita ſignificabant venationis fuiſſe inuentorem: Faunus cum arundine cum viſco aucupium inueniſſe.

Sum Deus Faunus aucupio plumoſo præſum aucupio, vbi aues plurimæ capiũtur plumis veſtitę, & hic vel enallage caſus erit aucupio pro aucupij, vel melius ecclypſis participij præſidens.

Eſt etiam Auriga. innuebat eum fuiſſe inuentorem aurigarum: Deſultor pariter illius artis. Deſultor eſt, qui ex equo in equũ deſilit Quẽ hic periphraſtice deſcribit *qui tra ij cit pondus leue*, hoc eſt corpus velox, *equo* alterno, in equum alternum enallage caſus.

Suppetat piſcatoris formam gerebat, quod piſcatione præeſſet, etiam negociatoris, & mercatoris ob eandem rationem.

Suppetat eclypſis dictionis ſi, ſi adſit, & quaſi petẽti ſuggeratur: *prædabor piſces*. capiã *hoc calamo* tali arũdine videlicet cũ hamo.

Ibo inſtitor in tunicis demiſſis, ero negotiator, & mercator tunicatus, *mundus* cultus, elegans, ſine ſordibus.

Paſtorẽ ad Formæ pariter paſtoris, ſerpiculi, ligonis, cucumeris, caulis, trifolij, & huiuſmodi ſignificabat inſtituiſſe rationes paſtoralis artis, bubulci, agriculturæ, hortorũ, pomariorum, & pratorum.

Poſſum

Poſſum curare paſtorē ad baculū: palmerius exponit paſtor eſſe poſſum, ſi mihi baculus paſtoritius detur, qui proprie pedū dicitur, vel paſtorē gerere, & gregi, curā ſuſtinere. legitur etiam. *Paſtor & ad baculum*.

Idem ſed habitu mutato, poſſum ferre roſam ſirpiculiſca niſtris, e ſirpis, ſiue iūceis contextis *roſam* ſynecdoche numeri. in *puluere medio* media æſtate, menſe Iunio, quia puluerulenta eſt æſtas & eſt metonymia adiuncti pro ſubiecto.

Nam quid ſed quid præterea dicam? vnde mihi maxima nominis celebritas. Hortorū dona, quæcumq; horti ferūt & efferūt mihi ſcilicet primitias olerū Turnebus dicit l. 23. c. 6. ad hunc locum ab olitoribus cultū fuiſſe Vertumnum: vel *dona probata* vota, & ſacra mihi accepta, & laudata in manibus meis, quæ manibus teneo.

Cæruleus cucumis. enumeratio donorum hortorum. cucumis cæruleus à colore dicitur. cæruleus eſt color viridis cum nigro, vt mare, & cœlum, quaſi celuleum.

Cucurbita tumido ventre, tumidi ventris, à uentricoſa.

Et braſſica vincta leui iunco, aſtricta in manipulum.

Notat me. deſignator declarat, qui ſim; & quod ea in illas formas verterim, denotent me eſſe Vertumnum.

Nec flos primitias etiam florum pratenſium ſibi dicari inquit.

Flos hiat ſemiaperitur pratis deeſt in, & dixit ad diſcrimē florū hortēſiū. Quin vt nō

decenter, apte venuſte impoſitus meę fronti *ante langueat* prius marceſcat. translatum ab ægris, & deficientibus. nam ſtatim atq; deceptus eſt flos languet. Virg.
Purpureus veluti cum flos ſucciſus aratro
Langueſcit moriens.

At mihi concludit tandem à Tuſcis ſuis Vertumnum fuiſſe nuncupatum ab euētu, & effectu, quia ſe verſabat in omnes formas viuendi, & cœteros homines *patria lingua* Hetruſca nam ei patria Hetruria erat.

At tu Roma. narrat, qui tēpore, quo duce, quo ſingulari bello, & quo præmio donati ſunt ſui Tuſci. Cū Romul⁹, ex Fabio pictore, imperaret Sabinis, implorauit auxilium a Lucumonibus. commiſſum fuit negotium Galerico Lucumoni Arbani, qui magna manu comparata, ſuperauit Sabinos, & ad fœdus percutiendum cum Romulo coegit, diuiſit vrbem in tres partes prætoria, & lictores Romulo ſtatuit, & ſuis Luceribus vicum Tuſcum tribu, & ligneum Ianū ſtatuit. primo igitur Vertumn⁹ gratias agit, & pollicetur pacē Romanis pro vico dato ſuis Tuſcis ſecundo pro forma ærea ſibi ſtructa.

At tu Roma. apoſtrophe ad Romanos, *ſtatuiſti præmia* tribuiſti honorem, & cōmoda, *meis Tuſcis* popularib. quod ipſe Tuſc⁹ eſſet.

Vnde ex quo ēt nūc Vic⁹ Tuſcus retinet nomina, ideſt nomē per enallagē numeri: præmia sūt, quia in vrbe ille loc⁹ datus fuit eis ad edificādū, & uic⁹ Tuſcus eſt appellatus. qui erat inter pallaciū, & Capitoliū, qua trāſitur a foro ī circū maximū. *Tēpore quo* Lipo-

cumo-

cumonius, alii legunt lycomedius, alio nomine lucumo; venit ſocijs armis, auxiliantibus inita ſocietate belli cum Romulo aduerſus Tacium Regem Sabinorum.

Atque contudit: contriuit *arma* vires regis Tati, pro Tatij per apocopem. *feri*, ferocis, crudelis.

Vidi ego: factum probat a proprio teſtimonio. *acies labentes* cadentes ſauciatas: *tela caduca* abiecta a fugientib. arma. *Dediſſe terga turpi fuga* flagitioſe, & ignominioſe fugiſſe. Dicimus dare terga fugæ, & fuga.

Sat faciam Annius ita legit, & probat Iano proprie conuenire epithetum Satorem Deorum, quia ſolus genuit Deos tam maiores, quam minores ſecundum Deroſum. Et ita ipſe pollicetur pacem Romanis. Si facias legitur, apoſtrophem facit ad Iouem pro eadem pace. quod periphraſtice dixit per pacis adiuncta, togata, nam in pace toga vtebantur, in bello paludamentis. *ante meos pedes* per vicum Tuſcum, vbi erat eius delubrum, & ſtatuet. *per æuum* perpetuo, nam æuum Deorum proprium eſt ſecundū Seruium, ætas hominum.

Sex ſuperant. His expoſitis fingit propertius ſe feſtinare a foro tranſitorio ad forum Romanum ad recipiendum vadimonia, & idcirco nolle ſe amplius audire, Vertumnium vero iubere, vt audiat ſex alios verſus.

Superant ſuperſunt, reſtant audiendi, ſiue legendi. *curris ad vadimonia*. vadimonium properanter obis,

 ne

ne cauſa cadas Vadimonium eſt ſponſio ſiſtendi in iudicio ad certum diem, ex Budæo vadimonium obire eſt die præſtituto comparere, & ſatisfacere cui vadimoniũ fecerat. contra deſerere vadimonium. *Te non moror.* vlterius non detineo *vltima meta meis ſpacijs.* allegoria ex metaphoris deprõptis a circo, vbi erant ſpacia currendi ideſt hic eſt finis ſuſcepti argumenti *meis ſpacijs*, curriculis.

Stipes acernus Deſcribit ſimulacrum ſuum, ſiue ſtatuam. prius qualis fuerit ante Numã Pompilium, tum ſub Numa, ſub Romulo fuit lignea ex Acere; & admodum rudis, & impolita, quia dolata falce properanti, & dicit ſe tunc pauperem Deum fuiſſe, & eſt metonymia poſito Deo pro ſimulacro ſuo *in vrbe grata*, quia ibi venerabatur ob victoriã relatam de Sabinis auxilio ſuo: *ſupra etiam dixit*. Hæc me turba iuuat antiquo tempore Deorum ſimulacra ex ligno formabãtur ad ſignificandum Deos paupertatis fuiſſe amatores, in qua inuenitur honeſtas, & fides. Tibullus.

Tunc melius tenuere fidem, cum paupere cultu
Stabat in exigua ligneus æde Deus.

At tibi; Sub Numa Mamurius peritiſſimus opifex in arte fuſoria æneum vertumni ſimulacrum fudit, & ſimul omnes formas, in quas ſe vertebat. Vertumnus igitur per apoſtrophem eum alloquitur iam mortuum, & optat ei terram leuem, vt non opprimant & comminuat eius cadauer, & præſertim manus, quæ tam excelluerunt cælando: eumq; laudat

laudat ab opere, tam mirabili arte effecto.

At tibi. laus ſimulacri Vertumni ſub Numa cælati a multis, a cauſa efficiente *Mamuri*, qui fuit excellentiſſimus artifex Oſcus: & quem euocauit Numa ad fundenda duodecim ancilia perſimilia illi, quod a Dijs miſſum Numæ erat in pignus immortalitatis Romæ quamdiu conſeruaretur in ciuitate. A materia *aliena forma* ex ære: a fine optimo; *in vſus tam dociles*: hoc eſt in ſignificata docentia beneficia ſua mortalibus collata. A forma. *Vnum opus eſt, operi non datur vnus honos* id eſt vna quidem ſtatua eſt ſed vario habitu varia videtur, & multiplex ei laus tribuitur ob multas formas, & vſus varios.

Et ita claudit Elegiam repetendo propoſitionem, quæ fuit:

Qui d mirare meas tot in vno corpore formas?

Vt vero gratum ſe præbeat artifici, optat ei terram leuem, vbi ſepultus fuit, ne comminuat nimium premendo eas manus, quibus cælando tam excelluit. *Tellus artifici*.

Elegiæ III de Tarpeia.

Argumentum.

Seruius in illud Virg. carmen in 6. Aen. *Nunc ad Tarpeiam ſedem* dicit in bello a Romulo cum Sabinis geſto Tarpeiam filiã Tarpeij, cui ars tuenda data erat, in hoſtes incidiſſe, & cohortatam ad proditionem pro præmio popoſciſſe ornatum manuum

ſiniſtrarum, ideſt armillas; & facta proditione hoſtes ingenioſa morte præmia ſoluiſſe nam armillas in eam proijcientes eam luce priuauerũt. Alij vero affirmant eam auro corruptam arcem prodidiſſe, & ingreſſos armis eam obruiſſe. Poeta vero ſentit eam pateſeciſſe Arcem T. Tatio Sabino duci ob amorem, quem luculenter deſcribit, tũ proditionem, poſtremo eius necem proditionis præmium.

Elegia.

Tarpeium nemus, & Tarpeia turpe ſepulcrum
Fabor, & antiqui limina capta Iouis.
Lucus erat felix ederoſo conditus antro,
Multa vbi natiuis obſtrepit arbor aquis:
Syluani ramoſa domus, quo dulcis ab æſtu
Fiſtula poturas ire iubebat oues.
Hunc Tatius fontem vallo præcingit acerno,
Fidaq; ſuggeſta caſtra coronat humo.
Quid tum Roma fuit, tubicen vicina Curetis
Cum quateret lento murmure ſaxa Iouis?
Atque vbi nunc terris dicuntur iura ſubactis,
Stabant Romano pila Sabina foro:
Murus erant montes: vbi nunc eſt curia ſepta,
Bellicus ex illo fonte bibebat equus.
Hinc Tarpaia deæ fontem libauit. At illi
Vrgebat medium fictilis vrna caput.
Et ſatis vna male potuit mors eſſe puella,
Quæ voluit flammas fallere Veſta tuas?
Vidit arenoſis Tatium proludere campis
Pictaq; per flauas arma leuare iubas.
Obſtupuit regis facie, & regalibus armis:
Interque oblitas excidit vrna manus.

Sæpe illa immerita cauſata eſt omina Lunæ.
Et ſibi tingendas dixit in amne comas.
Sæpe tulit blandis argentea lilia nymphis,
Romula ne faciem lęderet haſta Tati.
Dumque ſubit primo Capitolia nubila fumo,
Rettulit hirſutis brachia ſecta rubis:
Et ſua Tarpeia reſidens ita fleuit ab arce
Vulnera vicino non patienda Ioui:
Ignes caſtrorum, & Tatiæ prætoria turmæ,
Et formoſa oculis arma Sabina meis,
O vtinam ad veſtros ſedeam captiua penates,
Dum captiua mei conſpicer eſſe Tati.
Romani montes, & montibus addita Roma,
Et valeat probro Veſta pudenda meo.
Ille equus, ille meos in caſtra reponet amores
Cui Tatius dextras collocat ipſe iubas.
Quid mirum in patrios Scyllam ſæuiſſe capillos?
Candidaq; in ſæuos inguina verſa canes?
Prodita quid mirum fraterni cornua monſtri?
Cum patuit lecto ſtamine torta via?
Quantum ego ſum Auſonijs crimen factura puellis,
Improba virgineo lecta miniſtra foco.
Pallados extinctos ſi quis mirabitur ignes;
Ignoſcat: lacrymis ſpargitur ara meis.
Cras, vt rumor ait, tota pugnabitur urbe:
Tu cape ſpinoſi roſcida terga iugi.
Lubrica tota uia eſt, & perfida: quippe tacentes
Fallaci celat limite ſemper aquas.
O utinam magicæ noſſem cantamina muſæ:
Hæc quoque formoſo lingua tuliſſet opem.
Te toga picta decet, non quem ſine matris honore
Nutrit inhumanæ dura pupilla lupæ.
Si ſim hoſpes, patiare, tua regina ſub aula:
Dos tibi non humilis prodita Roma venit.

Sin

Sin minus: at raptæ ne ſint impune Sabinæ;
Me rape, & alterna lege rependε vices.
Commiſſas acies ego poſſum ſoluere, nuptæ
Vos medium palla fœdus inite mea.
Adde Hymenæe modos, tubicen fera murmura conde.
Credite, veſtra meus molliet arma torus.
Et iam quarta canit venturam buccina lucem,
Ipſaq; in Oceanum ſidera lapſa cadunt.
Experiar ſomnum: de te mihi ſomnia quæram:
Fac venias oculis vmbra benigna meis.
Dixit, & incerto permiſit bracchia ſomno,
Neſcia ſe furijs accubuiſſe nouis.
Nam Veſta Iliacæ felix tutela fauillæ
Culpam alit, & plures condit in oſſa faces.
Illa ruit, qualis celerem prope Thermodoonta
Strimonis abſciſſo fertur aperta ſinu.
Vrbi feſtus erat, dixere palilia patres.
Hic primus cæpit mœnibus eſſe dies.
Annua paſtorum conuiuia, luſus in vrbe,
Cum pagana madent fercula diuitijs:
Cumq; ſuper raros fœni flammantis aceruos
Traijcit immundas ebria turba dapes.
Romulus excubias decreuit in otia ſolui,
Atq; intermiſſa caſtra ſilere tuba.
Hoc Tarpeia ſuum tempus rata conuenit hoſtem,
Pacta ligat pactis ipſa futura comes.
Mons erat aſcenſu dubius, feſtoq; remiſſus.
Nec mora vocales occupat enſe canes.
Omnia præbebant ſomnos, ſed Iuppiter vnus
Decreuit pœnis inuigilare tuis.
Prodiderat portæque fidem, patriamq; iacentem:
Nubendiq; petit, quem velit ipſa, diem.
At Tatius (neq; enim ſceleri dedit hoſtis honorẽ)
Nube, ait, & regni ſcande cubile mei.
Dixit:

Dixit, & ingeſtis comitum ſuperobruit armis.
Hæc Virgo officijs dos erat apta tuis.
Adu ce Tarpeio mons eſt cognomen adeptus.
O vigil, iniuſte præmia ſortis habes.

Artificium, & enarratio.

IN duo membra deſtribuitur hæc Elegia, in præpoſitionem, & narrationem propoſitio primo diſticho comprehenſa eſt, tum ſequitur narratio. In propoſitione tria cõtinentur nemus Tarpeium, Tarpeiæ rex, & arcis oppreſſio. quæ tamen alio ordine narrantur. Nam deſcripto nemore Tarpeio, cauſa proditionis, id eſt amor Tarpeiæ explicatur, tum proditio, poſtremo interitus. Ex hac Elegia intelligimus ad quæ facinora effrenatus, ac impotens amor oppreſſos a ſe compellat: deinde quibus præmijs plerumq; proditio efficiatur.

Tarpeium nemus fabor. canam, nam fati vatum eſt, vnde fata. prolepſim hic agnoſco, vt etiam, *Antiqui limina capta Iouis* ita enim appellabantur tempore poetæ, non tempore Tarpeiæ. hic enim mõs ille ſaturnius dicebatur. poſtea Tarpeius a Tarpeia ibi ſepulta, poſtremo Capitolinus, quod hic cum foderentur fundamenta ædis Iouis, caput humanum inuentum fuerit. hac figura paſſim vtuntur poetæ. Virg. 4. Geor. ex Seruio.

Et Rœhſi mauortia tellus.

Prolepſis eſt, inquit ex perſona poetæ. Quo enim tempore orpheus fuit, Rhœſus necdum

dum regnabat in Thracia.

Turpe ſepulchrum. infame ob Arcis proditioné, ibi enim ſepulta fuit proditrix. Licet Dionyſius dicat honoris cauſa conditum fuiſſe ex Piſone, & crimen proditionis ab ea repellat.

Et limina capta. Capitolium captum per periphraſim, & prolepſim, vt prædixi *limina* synecdoche pro porta, vel arce. *Iouis capilolini*. periphraſi montis capitulini, vbi Iouis templum erat. *Lucus erat*. Incipit narrationem a deſcriptione nemoris, quod lucum modo nominat. ita verba diſponenda. *Lucus antro ederoſo conditus erat felix* nō conditus antro, quomodo enim, inquit Paſſeratius, lucus antro condi poteſt? ita via locutus eſt alia Elegia: *pictoq; Britannia curru*. Deſcribitur igitur lucus ab adiūctis, antro ederoſo, edera opacato, vt alia vel vite, vel frondibus arborū imminétium. Virg. Eclog 5. Aſpice vt antrum. *Syluestris raris ſparſit labruſca racemis*.

A ſitu, *conditus* reconditus, latens in ſeceſſu ab amœnitate, *felix* amœnus, fortunatus Ab arborum multitudine, & natiuarum aquarū cum ſtrepitu, & ſuſurro *multa arbcs* multę arbores *obſtrepit* ſuſurrum edit, *viuis aquis* eclypſis præpoſitionis cum. Nam arborum, & riuorum propriū eſt obſtrepere, & ſuſurrum dare. *natiuis* ſua ſponte, & ſine arte manantib. Ab incola, & fonte. *Syluani ramoſa domus*: id eſt quilibet Syluarum Deus Seruius ad illud Virg. in 8.

Syluano fama eſt veteres ſacraſſe pelaſgos:
Aruorum, pecoriſq; Deo, lucumq; diemq;.

Ramoſa

Ramoſa ramis opaca, frondoſa. *Quo* ad quem, fontem, ſiue ad quas aquas, *fiſtula dulcis*, cuius ſonus iucundus eſt, *iubebat* inuitabat, allicie-bat, *oues potaturas ire* potum ire. *ab æſtu* poſt æſtum, vnde ſitis pecori. vt dicitur etiam à cæna a prandio.

Hunc Tatius; Hunc locum. vbi fons erat, Tatius rex Sabinorum aggeribus muniuit, ibiq; caſtrametatus eſt ad vrbem obſidendam. *præcingit vallo acerno*: ligneo ex Acere, vt eleg. 2. *Stipes acernus eram*: ideſt vallat vndique aquas illas natiuas.

Fidaq; periphraſis eſt aggeris. *coronat fida caſtra*; munit vndiq; , & in orbem, vt fida, ſibiq; tuta ſint. *humo ſeggeſta*; terra cumulata, id eſt aggere *coronat*: metaphora, vt etiam *fida* ab homine ſumpta.

Quid tum Roma fuit. Epiphonema eſt ortum ex cõſideratione tenuitatis Vrbis Romanæ, & ſui imperij tunc, cum a Sabinis obſidebatur, & amplitudinis, qua erat tẽpore poetæ. exiguitate probat, quia ſua tempeſtate forũ Romanum erat, vbi olim caſtrametati erant Sabini, quæ ſententia admodum poetice picta eſt per figuras, & tropos. *Quid tum Roma fuit*. nempe nihil, vel exiguum quiddam, ſi comparetur cum Roma ſui temporis. *cum tibicen curretis*: Quando ſolus *Tibicen curetis*, id eſt Curetum, Sabinorum, qui curetes ab vrbe ſua curibus etiam dicebantur, & poſtea etiam Romani Quirites ex conuentione inter Romanos, & Sabinos. de qua videatur Liuius, & cæteri hiſtorici; *quateret lento murmure* percuteret, pulſaret graui, & tardo ſono,

ſono,& clangore tubæ *ſaxa Iouis vicina* periphraſis Capitolinæ arcis. quæ vicina erat Caſtris Sabinorum,quod declarant duo ſequentes verſus.

Atque pila Sabina, synecdoche ſpeciei, & metonymia adiuncti pro armati Sabini *ſtabant*, caſtrametati erant,*foro Romano* vbi nunc eſt forum Romanum *vbi* in quo modo *dicuntur iura terris ſubactis* iura redduntur a prætoribus, & ædilibus, & iudicia fiunt orbe domito. vel *dicuntur iura* dantur *terris ſubactis* metonymice populis debellatis, Victores enim victis leges ferunt.

Montes erant murus ineptam,& prauam lectionem hanc putat Paſſeratius, quod probat ſequens verſus. Alij legunt.

Murus erat fons hic hanc etiam mendoſam dicit ipſe legit *Purus erat fons hic* & ita plana eſt ſentētia. Hic,vbi modo eſt curia Romana,tunc erat fons,ex quo bellicus equus bibebat, & synecdoche eſt numeri, pro equi Sabinorum,& purum eſſe fontem oportebat, a quo ad ſacra petebat aquam Tarpeia. curia a rebus humanis curandis dicta fuit.

Hinc Tarpeia ex eodem fonte Tarpeia veſtalibus virgo,& aquam libauit,id eſt leuiter hauſit,& deguſtauit more ſacrorum,deinde vrnam impleuit, & capiti impoſuit, vt in arcem ad ſacra peragenda deferret. *Hinc* ex hoc fonte,*Tarpeia Dea* ſupple Veſtæ virgo.erat enim Virgo Veſtalis,vt patet ex ſequentibus,& ita eſt eclypſis *libauit fontem* deguſtauit aquam fontis; & eſt metonymia.

con-

continentis pro re contenta.

At illi: Tarpeiæ, poſtquam impleuit, vrnā ſcilicet: *vrna fictilis*, teſta terrea; *vrgebat* premebat *medium caput* verticem capitis. Ouid:

Cum premeret ſummi verticis vrna caput.

Et ſatis: exclamat affirmans Tarpeiam nū ſatis vna morte punitam, cum plures meruerit ob ſuam perfidiam, quia violare voluit Veſtam Deam, & ita in ſummam facti pœnam poetico more ad attentionem parandam, & eſt tanquam propoſitio rei narrandę *Mala puella*: Virgini Tarpeiæ improbæ, & impiæ.

Quæ voluit ratio, quæ volens, & libens conata eſt, *fallere*, violare, *tuas flammas*, te Veſtam, quæ nihil aliud eſt, quam ignis. Ouid.

Nec tu aliud Veſtam, quam puram intellige flammam.

Et eſt apoſtrophe ad Veſtam Voluit violare ſuam violando virginitatem.

Vidit narratio facti. cum illa forte Tatium per ludentem, ſiue proludentem more velitum, & gladiatorum vidiſſe, eius pulchritudine adeo obſtupefacta eſt, vt vrna, quam in capite geſtabat, e manibus deciderit, & amore capta multa ſimulauit, fecit, dixit, vt fingit poeta.

Præludere, præercere ſe antè legitimū certamen. *campis arenoſis*, per quos Tiberis ſtagnare conſueuerat arena abondans, & Velabrum ſignificat *leuare arma picta*. ventilare, vibrare galeam, loricam, haſtam *perinbas flauas*: inter pulcras equorum iubas, ve

etiam

etiam Talij per catacreſim.

Obſtupuit regis facie. admirata eſt tam egregiam Regis formam, & oris dignitatem: *regalibus armis* rege dignis, mirifice pictis, & aureis. *& vrna excidit* elapſa eſt, *inter manus oblitas* e manibus oblitæ, & eſt metonymia ſubiecti pro adiuncto, vt Eleg. prima. *humeros pios.*

Sæpe illa. ſententia eſt: ſæpe ibat ad fontem deſiderio uidendi regis Tatij, cuius rei prætextu afferebat prodigia lunæ, quæ aqua fontana dicebat eſſe expianda, cum tamen re vera nullum dirum omen eſſet in Luna.

Cauſata eſt cauſam conferebat in omnina Lunæ, quòd ſæpius ad eum fontem exiret, & tamen luna cauſa non erat, ideo poeta dicit, lunę immeritæ. *comas tingendas* caput lauandum, & luſtrandum *in amne* in fonte, abuſio, vt etiam *tingendas.*

Sæpe tulit. ferebat munera Nymphis illius fontis, nempe candidiſſima lilia. Ne Tatius ab armis Romanis læderetur. *Blandis* facilibus ad exorandum. *Faciem* ſynecdoche partis pro toto *Tati* apocope Tatij.

Dumq; ſubit explicat quando, & quomodo in Capitolium reuerſa ſit Tarpeia, & quid dixerit ſtans in arce. *ſurgit* conſcendit, & ingreditur. *Capitolia nubila* obſcura, & fumo tecta primo, cum primum ignis accenditur ad prandium, vel ad rem ſacram. *Rettulit bracchia ſecta rubis* reuerſa eſt cum bracchijs lauris dumis aſperis, & hamatis.

Et ſua. & cum aſcendiſſet arcem Tarpeiã,

id eſt Capitoliũ, fleuit ſua vulnera, quæ ſibi inter rubos, & ſentes confecerat. *non patiẽda Ioui vicino*: quę Iupiter Capitolinus non perferret, & hic potius intellige vulnera amatoria, vel *non patienda*, quæ non patietur, ſed vindicabit nicæſtos amores.

Ignes caſtrorum per proſopopeiam affatur ignes, qui in caſtris Tatij excubitoribus accendi ſolebant, tum Tatij tabernacula, ac Sabinorum arma. *Prætoria* Tabernacula imperatoria. *Turmæ tac a* Taciẽſis, Turmæ equitum ſunt, & cohortes peditum. *meis occulis* ob Tatium, quem perdite amabat.

O vtinam. Optat ſe captiuam eſſe iuxta Tatij focos.

Dum conſpicer: dum videor eſſe ſerua bello facta ab ijs, quæ meæ fortunæ inuidebunt.

Romani montes. Valete: & Roma iuncta montibus ſcilicet ſeptem, & eſt prolepſis, tunc enim nundum recluſi montes illi erant mœnibus. *Veſta pudenda*, quæ labe mea erubeſcet. nam innuit ſe relicturam Veſtam.

Ille equus. aptus in ſuper, vt equus Tatij relatum ipſum Tatium ſiſtat, ſtatuat & reponat incolumem: *meos amores* quem amo, metonymia. *Ille equus ille*. repetitio emphaſim habens

Cui equo *ipſe Tatius* manu propria, iubas ita componit, vt in armum dextrum recumbant. Laus ducis, qui ſuum ipſe curaret, equum.

Quid mirum. Nihil noui eſt impietatẽm, & crudelitatẽ exercuiſſe syllã in tõdẽdã coma

pur-

purpurea Niſi patris. Hæc fabula narratur ab Ouid. 8 Metamor.

Candidaque. more poetico, inquit Beroaldus fabulas miſcet poeta, & quod de ſylla phorci vulgatum eſt, aſcribit ſyllæ niſi, quæ in auem tranſmutata eſt, cum altera ſylla conuerſa fuerit in monſtrum latrantibus canibus horrendum imitatus eſt Virg. in hoc.

Quid loquar aut ſyllam niſi, quam fama ſecuta eſt

Candida ſuccintam latrantibus inguina monſtris

Dulichias vexaſſe rates.

Prodita. Nec mirandum, inquit, ſi Arianna prodidit fratrem ſuum Minotaurum, cū amore languens Theſeo fila dedit, quibus texit iter laberintheum, & euaſit ambages inexplicabiles. pulchra eſt Minotauri periphraſis, qui Ariannæ frater erat; *prodita* tradita Theſeo hoſti ab Arianna adamato. Hæ fabulæ luculenter narrantur ab Ouid. in Metam. inductione fabuloſorum exemplorum ſuam confirmat audaciam.

Pallados extinctos. id eſt, ſi quis obſtupefiet ob portentum, quia mira ſunt portenta, & monſtra. *Palladios ignes* Veſtæ nam idē ſunt Minerua, pallas, & veſta ignis ſcilicet, inquit D. Auguſtinus.

Ignoſcat. veniam det in aram lacrymas fundo, quibus ignis extinctus eſt.

Cras. cum fama eſſet die ſequenti in tota vrbe pugnandum eſſe, admonet Tatium, qua debeat Capitolium conſcendere vt tutior ſit alij legunt: *Tu caue.* cui lectioni ſequentia conueniunt. *Vta perfida* cui male

cre-

creditur.cõtra caſtra fida *Quippe.* ratio, cur perfida, quia celat, & occultat ſpinis ſcilicet,& dumis *ſemper aquas*, perennes aquas *tacentes* ſine murmure labentes: *limite fallaci* curſu obliquo limite de aqua & in eleg. 10. *Quia ſecreti limitis vna fluit, ſcilicet lympha* .

O vtinam. Deſideret peritiam carminum magicorum, vt incantamentis opem ferre poſſet Tatio contra Romanos pugnanti.tota pathetica eſt oratio. Paſſeratius, muſa, inquit,quid aliud eſt,quam cantamen, ſiue carmen. Muſa Magica,an vrania? *cantamẽ* apherefis,incantamen, ſiue incantantio.

Hæc quoq; alluſio ad Medeam,quæ ſimiliter incãtamento opem tulit Iaſoni formoſo.Ouid.in epiſt.Medeæ ad Iaſonem,& lib. 7. Metamor.

Te toga. Tarpeia amore furens Tatium Romulo præponit a nutricatione ferini lactis mores in Romulo aſperos, & belluinos criminans. Nam Macrobius,& Gellius ſcripſerunt in moribus inoleſcendis magnam ſe re partem nutricis ingenium , & naturam lactis obtinere *Toga picta.* picta,& palmata, ac purpurea, vt in pace conſulis, ſic in victoria triumphantis habitus erat.dicit igitur Tatium dignum eſſe, qui Romæ regnet, & triumphet,non Romulum. *Non quem* periphraſis Romuli cum vituperatione,etiam matris Iliæ,& nutricis, quæ lupa fuit inhumana . Romuli,quem ſpurium ſignificat. matris, quod vitio, & adulterio eum peperit,& expoſuit *nutrit* vel syncopa eſt, ad enallage temporis.

Sit

Sic hoſpes, Scal. legit, pariamne. hac ſententia, vtrum apud te futura ſim hoſpes, an regina. Si patiare legimus, hoſpes erit vocandi caſus, & ſubaudietur ſim. placet magis ſuperior lectio. *pariamne ſub aula tua regina*, ero ne tua legitima coniux, & regina? quia ſequitur, nam ſatis magnam dotem tibi offero Romanam ciuitatem proditam. *nõ humilis*. lyptote.

Sin minus: Supple facere id noles, at, id eſt ſaltem ne inultum maneat Romuli facin, qui veſtras virgines rapuit ludis circenſib. & vt ille eas rapuit, ita metu rape. *repende vices* par pari refer.

Commiſſas acies. alludit ad Sabinas, quæ interuentu ſuo acies parum, & maritorum diremerunt *Commiſſas acies*. quæ iam manus conſeruerint, & pugnare cœperint. *Nupta* Sabinæ *inite fœdus medium* componite fœdus inter viros, & cognatos mea palla, mea veſte. & hic vaticinatur, quia id poſtea fecere Sabinæ nuptæ.

Adde Hymenæ adhibe carmen nuptiale nam Hymenæi id eſt officium. *modos* carmina. *conde*, recunde, remoue tibicen. non enim tuba, ſed tibi adhibebatur in nuptijs *fera murmura* horridum, & nucem cantum. *Meus totus* lectus, coniugium *mollier arma veſtra* mulcebit veſtra bella, metonymia adiũcti pro ſubiecto.

Etiam quarta, deſcribit tempus, quod eſt inter crepuſculum, & diluculum per adiuncta, & conſequẽtia. nam illud tuba deſignabatur, eratque quarta noctis pars, quæ non

in

in quatuor vigilias caſtrenſes diuidebatur ſingulas ternarum linguarum, quæ tuba, vel buccina diuidebantur. *lucem venturam*. inſtantem diem.

Ipſaq; quo tempore ſidera merguntur oceano, occidere incipiunt viuente die. *cadunt in oceanum* poetica locutio a populari ſententia ducta. Ouid. 1 Faſt.

Lapſaq; ſub terras, ortaq; ſigna canam.

Experior ſomnum. Ait ſe quæſituram ſomnia, quæ Tatium ſibi repreſententur. *experiar ſomnum* conabor inire ſomnum: *quæram de te ſomnia* captabo omina Lunæ te ſomniabo, vt loquutur Florentius Eun.

Fac venias. Imago blanda offeras te meis oculis. Tu ipſe facilis mihi videaris dormienti.

Dixit. Ita locuta victa ſopore iacuit: ſe ſõni arbitrio tradidit *incerto ſomno*, quia inopinanter aggreditur.

Neſcia ſe. neſcia ſe cubitum diſceſſiſſe, & iacere cum nouo amoris ardore, & inſolito, cũ alias ſolita eſſet vigilare ad flãmas veſtę. Scal. legit Neſcia nefarijs. Beroald. nefarijs.

Nam veſta. quæ ipſa ignis eſt, *felix tutela* quæ tuetur, ac ſeruat feliciter ignem Troianum, & reliquias Ilij, fouet, & nutrit nefandum amorem. *condit* conijcit, & includit, *faces* lampadas, taedas, flammas.

Illa ruit. collatione oſtendit, quã preceps, & amens raperetur Tarpeia tali impetu amoris furibunda rapiebatur qualis Baccha ferri ſolet Bacchico furore perculſa ad Strymona fluuium Traciæ, & iuxta Termodoonta. *Strymonis*, patronymicum eſt a

L Stry-

Strymone fluuio formatum, & pro Baccha ponitur. Virg. *Qualis commotis excita ſacris Thyias fertur* bacchatur: *aperta ſinu abſciſſo nudato pectore* ob veſtem laceram.

Vrbis feſtus. deſcriptio eſt diei ab adiunctis, quo Tarpeia vrbem Sabinis prodidit, & fuit dies feſtus Paliliorum, quo Romana Mœnia condita fuere. De Palilijs Deæ Palis xi. Cal. Maij à paſtoribus factis pro lupis arcendis, morbiſque à pecore, egimus Eleg. 1 huius libri. *Patres* aui, maiores.

Annua Tunc paſtores celebrabant annua conuiuia, id eſt ſolemnia: Vrbani luſibus, id eſt animorum relaxationi indulgebant.

Cum pagana pagani dapibus, & epulis copioſis vtebantur. *Madent* abundāt omni frugum genere, quę proprie opes dicuntur, quia ops, id eſt terra eas fundit alij legunt delitijs, nō diuitijs, id eſt delicationibus cibis. Pagani dicti ſunt à pagis, & pagi à fontib., quaſi eiſdem fontibus, & aqua vtentibus. nam lingua Dorica fontes pagi dicuntur.

Cumq; ſuper cum inquit, turba paſtorum ebria traijcit pedes immundos ſuper aceruos fœni flammantis, ardentis. vt apud Ouid 4. Faſt.

Certe ego tranſilij poſitos in ordine flammas.

Tibullus Eleg 6 lib. 2.

At madidus Baccho ſua feſta Palilia paſtor

Concinet: a ſtabulis tunc procul eſſe lupi.

Ille leuis ſtipulæ ſolemnes potus aceruos

Accendet flammas tranſilietque ſacras

Romulus excubias eodem in die Romulus propter feſtiuitatem eorum fecit excubias; & vigilias

gilias bellicas. idcirco Tarpeia idoneum putauit ad proditionem faciendam. *excubias ſolui in otia.* non fieri, intermitti. *Atq; intermiſſa.* expolitio ſuperioris ſententiæ.

Hæc Tarpeia ſuum Idoneum tempus iudicans ad proditionem adit,& alloquitur Tatium. duplex pactum firmat vnum armillarum,alterum connubij. *Ipſa futura comes factis* ipſa ſecutura pacta, & paciſcentem Tatium.

Mons erat aſc nſu dubius: difficilis, & aſper aſcenſu Capitolinus mons: *& remiſſus feſto*. & propter diem feſtum ſolutus à cuſtodia, in cuſtoditus.

Nec mora: ſtatim Tatius inuadit, & interficit canes,qui in Capitolio alebãtur,vt ſignificarent,ſi fures veniſſent *vocales* clamoſos, canis enim à canendo ex Varrone dictus eſt.

Omnia prębebant. locus,tempus,epulæ, laſſitudo ſomno Romanos oppreſſerant ſolus Iupiter Capitolinus decreuit inuigilare pœnis tuis o Tarpeia,vt olor proditorum, vt te vlciſceretur.

Prod d rat reſerauerat portam Capitolij per proditionem ſiue fidei, vel panis cuſtodiæ commiſſam hoſti, & *patriam iacentem*, vrbem ira, ſomnoq; ſepultam ideſt Romanos.

Nubendique petit poſtulat diem nuptiarum à Tatio, quem deſiderat

At Tatius Nolens proditionem nefariam præmio afficere, & honore, eam deridendo rependit.nube,& ſias mea coniux,& eodem

temporis puncto aceruatim coniectis in eam clipeis obruerunt.

Hac virgo Inſultat poeta Tarpeiæ affirmās talem dotem tali eius officio fuiſſe aptiſſimam proditores enim tamdiu probantur, donec proditionem perfecerint poſtea exploduntur.

Nube. mictirilmon eſt, ſpecies ironiæ. Vir. *I ſequere Italiam ventis, pete regna per vndas.*

Mei regni meum, qui rex ſum; cubile regium, & regnum pro rege ſumitur, vt hoſpitium pro hoſpite, coniugium pro coniuge, ſeruitium pro ſeruo.

Ingeſtis ſuper obruit Mneſis eſt.

A duce. Claudit elegiam dicens a Tarpeia montem illum Tarpeium dictum, cum antea ſaturnius diceretur, poſtea capitolinus ſit dictus. ita Tarpeia non Tarpeio longum putat Paſſeratius. Et fatetur hunc locum admodū obſcurum eſſe, ita igitur explicemus, mons eſt adeptus cognomen a Tarpeia duce, quia Tatio dux fuit ad eum capiendum.

O vigil iniuſta o Tarpeia, quæ vigilem ſeruabat ignem Veſte, quia Veſtalis erat, *habes premia* repenſus eſt tibi honos, & præmium debitum ſortis tuæ iniquæ, quòd ita obruta fueris.

Elegiæ IV. Selectarum Propertij.

Argumentum.

HAc nobiliſſima Elegia Poeta Auguſti laudes ex reb. feliciter ab eo geſtis in nauali bello cōtra Anton. & Cleop de quib. trium-

triumphauit, tum in parthico à Vintidio e-
iuſdem auſpicio geſto, celebrāt.

Elegia.

Sacra facit vates. Sint vota fauentia ſacris,
Et cadat ante meos icta iuuenca foros.
Cera Phileteis certet Romana corymbis:
Et Cyrenæas urna miniſtret aquas.
Coſtum molle date, & blād mihi thuris honores,
Terq; focum circa laneus orbis eat:
Spargite me lymphis, carmenq; recentibus aris
Tibia Migdonijs libet eburna cadis.
Ite procul fraudes alio ſint aere noxa,
Pura nouum vati laurea mollit iter.
Muſa palatini referamus Apollinis ędem:
Res eſt Calliope digna fauore tuo.
Cęſaris in nomen ducuntur carmina. Cæſar
Dum canitur quæſo, Iuppiter ipſe vaces.
Eſt Phœbi fugiens Athamana ad littora portus,
Quà ſinus Ioniæ murmura condit aquæ,
Actia Iulea pelagus monimenta carinæ,
Nautarum votis non operoſa via.
Huc mundi coiere manus: Stetit æquore moles
Pinea, nec remis æqua fauebat auis.
Altera claſſis erat Teucro damnata Quirino,
Pilaq; fœminea turpiter apta manu.
Hinc Auguſta ratis pœnis Iouis omine velis,
Signaq; iam patria vincere docta ſuæ.
Tandem acies geminos Nereus lunarat in arcus,
Armorum & radijs picta tremebat aqua.
Cum Phœbus linquens ſtantem ſe vindice Delon
(Nam tulit iratos mobilis vnda notos)
Aſtitit Auguſti pupem ſuper, & noua flamma

Luxit in obliquam ter ſinuata facem.
Non ille attulerat crines in colla ſolutos,
Aut Teſtudinea carmen inerme lyrę;
Sed quali aſpexit Pelopeũ Agamemnona vultu,
Egeſſitq; auidis Dorica caſtra rogis,
Aut qualis flexos ſoluit Pythona per orbes
Serpentem, imbelles quem timuere lyrę.
Mox ait, ò longa mundi ſeruator ab Alba
Auguſte, Hectoreis cognite maior auis,
Vince mari; iam terra tua eſt: ſibi militat arcus,
Et fauet ex humeris hoc onus omne meis,
Solue metu patriam; quę nunc te vindice freta,
Impoſuit prora publica vota tua:
Quam niſi defendes, murorum Romulus augur
Ire palatinas non bene vidit aues.
Et nimium remis audent; proh turpe, Latinis
Principe te fluctus regia vela pati.
Nec te quod claſſis centenis remiget alis,
Terreat: inuito labitur illa mari.
Quodq; vehunt prorę Centaurica ſaxa minantes;
Tigna caua, & pictos experiere metus
Frangit, & attollit vires in milite cauſa:
Quę niſi iuſta ſubeſt, excutit arma pudor.
Tempus adeſt, committe rates, ego tẽporis auctor
Ducam laurigera Iulia roſtra manu.
Dixerat, & pharetrę pondus conſumit in arcus,
Proxima poſt arcus Cęſaris haſta fuit.
Vincit Roma fide phœbi, dat fœmina pœnas
Septra per Ionias fracta vehuntur aquas.
At pater Idalio miratus Cęſar ab aſtro,
Sum deus, & noſtri ſanguinis iſta fides.
Proſequitur cantu Triton omneſq; marinę
Plauſerunt circa libera ſigna deę:
Illa petit Nilum cymba male nixa fugaci,

Hoc

Hoc vnum, iuſſo non moritura die.
Dij melius quantus mulier foret vna triumphus,
Ductus erat per quas ante Iugurtha vias?
Actius hinc traxit Phœbus monimenta, quod eius
Vna decem vicit miſſa ſagitta rates.
Bella ſatis cecini: cytharam iam poſcit Apollo
Victor, & ad placidos exuit arma choros.
Candida nunc molli ſubeant conuiuia luco,
Blanditiaq; fluant per mea colla roſæ:
Vinaq; fundantur prelis eliſa Falernis,
Terq; lauet noſtras ſpica Ciliſſa comas:
Ingenium potis irritet muſa poetis
Bacche ſoles Phœbo fertilis eſſe ſuo.
Ille paludoſos memoret ſeruire Sicambros,
Cepheam hic Meroen fuſcaq; regna canat:
Hic referat ſero confeſſum fœdere Parthum,
Reddat ſigna Remi, mox dabit ipſe ſua.
Siue aliquid pharetris Auguſtus parcet Eois,
Differat in pueros iſta trophea ſuos.
Gaude Craſſe nigras ſiquid ſapis inter arenas,
Ire per Euphratem ad tua buſta licet.
Sic noctem patera, ſic ducam carmine, donec
Iniiciat radios in mea vina dies.

Artificium.

HAEc Elegia, quā quidē nihil ornatius nihilq; poetice magis legi poſſe credo, in has partes diſtribui poteſt. In introductionē. ſiue præparationē ad propoſitionē & inuocationem. *Sacra facit Vatis.*

In propoſitionē, & inuocationē ſimul *Muſa Palatini* In narrationem *Eſt Phœb. fugiens* In finē narrationis naualis belli, ad bellū

parthicũ, quod à duce Verranio Auguſti auſpicio feliciter geſtum fuit. *Bella ſatis Cecini.*

Sacra facit Vates. propoſitio ſui poetici ſacrificij *Vates* muſarũ,& deorũ:qui poetis præſunt, ſacerdos: *ſacra facit* eis operatur.

Sint ora Silentium in huiuſmodi ſacris neceſſarium poſtulat ore fauere,& linguis duo ſignificãt in ſacrificijs,ſilentium,& taciturnitatem,vt hic;in ludis vero bona verba fari,ac ominari:vt apud Ouid 1. Faſt.

Proſpera lux oritur,linguiſq; animiſq; fauete,
Nunc dicenda bono ſunt bona verba die.

Videatur Seruius in illud Vir. *Ore fauete omnes.*

Et cadat cuius victimæ ſi ſacrificium ſuũ dicit,iuuẽco,videlicet. *Icta* percuſſa malleo, vel ſecuri: *cadat* immoletur:metonymia antecedentis pro ſequenti. *ante meos focos*. ante aras à me excitatas.

Cera Philetæis. Quid optet ſibi cõcedi per hæc ſacra, aperit, vt verſus ſui elegiaci certent cum corona ederacea , quæ cõnatus eſt Philetas Eliographus poeta apud Græcos: & aqua Cyreneæ ſibi miniſtrẽtur,hoc eſt tales quales Callimachus bibit & ita poetica figuratione oſtendit ſe emulum eſſe Philetæ, & Callimachi *Cera* verſus mei latini in ceram nalis ſcripti , & eſt metonymia ſubiecti pro adiuncto:vel mea cerea ;vel ex Scal *ſerta* mea *cerea corymbis Phyleteis*: emuletur coronam ederaceam pro nam corymbi ſunt vuæ ederaceæ,quibus Baccho poetæ lyrici coronabantur,& eſt metonymia adiuncti pro ſubiecto. id eſt ſim talis , qualis eſt Phyletas poeta.

Et

Et vrna miniſtret aquas Cyreneas. id eſt ſtudium;& venã Callimachi Cyrenei aſſequar. alter efficiar Callimachus. Allegorice optat eſſe optimus elegiacus, quales apud Grecos fuerunt Callimachus, & Phyletas. vt in principio Elegiæ 1. lib. 3:

Callimachi manes & Coi ſacra Philetæ,
In veſtrum quæſo, me ſinit te ire nemus:

cuius artificium habes libro ſuperiore, & notionem illorum duorum vatum.

Coſtũ molle. petit ſibi dari in his ſacris poeticis coſtũ & thus quib. ſuffiũtur tẽpla, & arę vapo ãtur. nã coſtũ ex pletio eſt frutex odore eximio. *molle* vel ſuaue, tenerum, vel quo molles vtuntur per metonymiam.

Honores thuris blandi, munera, quæ honoris cauſa Dijs dantur pariter metonymice. *blandi* odore ſuo naribus blandientis, vel quo facile Dij perſuadentur.

Terq; ſenſus eſt, & laneę vittæ ter aram ambiunt. Ita Paſſeratius. nam Scaliger fatetur ſe neſcire hunc ritum & Beroal. irridet de laneis coronis interpretatẽ. Quod autem aræ huiuſmodi vittis laneis coronarentur, Virg. probat Ecloga 8.

Affer aquam, & molli cinge hæc altaria vitta.

Orbis laneus periphraſis eſt vittæ in orbem plicatæ: *Eat circum* anaſtrophe, circumeat.

Spargite me Rore leui me luſtrare. Non audiendi ſunt Macrobius, & Seruius putantes ſparſionem eſſe in ſacris inferorum, ablutionem verò ſuperorum. nam confunduntur ac inuicem ponuntur ſparſio, & ablutio, vt exẽplis probat Paſſeratius.

Carm-rq, ex Scaligero ita explices Fibia Cadis Migdonijs ideſt phrygia Tibia: nam Mygdones, lidi, & Phryges vicini ſunt, & Cadi vrbs Phrygiæ, vel vt alij lydiæ ſunt, & dicit huiuſmodi phraſim legi apud Plautum; *Hoſpes Zacyntho*: pro hoſpes Zacynthus, apud Varronem *Vinum Lesbo* pro Leſbium. poſſumus etiam dicere eſſe ecclypſim præpoſitionis ex *Libet carmen* cantet in honorem Deorum, Dijs carmen offerat, & conſecret. Libatum enim dicitur, quidquid Deo ſacratur, quod ante deguſtari ſolet, vel ad os referrri: itaque tibia libat carmen, quia ad os a Tibicine. *Recentibus aris*, vel recenter à me extructis, vel e recenti gramine, & viuo ſtipite, vel recentibus aris, pro Dijs per metonymiam. Ouid. 6. Faſt.

Cantabat Fanis, cantabat tibia ludis.

Beroaldus *Cad's* vino exponit, quod vinum Deis libaretur, vel emendat *modis* id eſt modulis mygdonijs. Sed vtrumque Scal. diſplicet.

Ite procul. Arcet a ſuis ſacris ſceleratos, & proditores, tam publicos, quam priuatos. nam fraus publici delicti eſt, & noxa priuato, nam fraus publici delicti eſt, & noxa priuati: fraudes igitur, & noxæ ſunt metonymiæ adiunctorum pro ſubiectis, id eſt fraudulenti, & noxij. *Alio aere ſint* vt apud Virg *alio ſub cælo* pro hinc abſint.

Puta nonum. Sic expone ex Paſſeratio: *Laurea pura* Laurus Phœbi caſta, vnde mea tempora cinguntur, quia ab eodem ad laudum, id eſt amoribus, & Elegis ad bella

tran-

tranſeo,& epos vel *pura* luſtrans,& purgãs. *mollit iter nouum vati* mollem,& facilem reddit viam intactam ad ſcribenda, quæ heroica ſunt.

Muſa Palatini. a ſacrificio, quo tanquam tranſitione a ſtilo tenui ad grandiloquum vſus eſt, ad res grandes gradũ facturus breuiter inuocat,& ſimul proponit,vt in magno opere fieri ſolet Proponit ſe cantaturũ Apollinis templum quod Actio Apollini ſtruxit, & dicauit in Palatio Auguſtus, vt refert Suet.in Auguſt.cap.29.& Hor.o 31.l.1.cuius extructionis cauſa fuit victoria Actiaca Antonio,& Cleopatra profligatis.quia eius victoriæ auctor fuiſſe Apollo fertur.Narrat vero nauale bellum,quod fuerit cauſa conſtructionis illius templi. Inuocat deinde muſã ſuam Calliopem, quæ a vocis, & ſermonis ſuauitate nomen habet,& rationem dat inuocationis,quia res digna eſt fauore ſuo, id eſt ope,numine,afflatu. ita Eleg. *Roma faue.* Tibullus El.5.l.2. Phœbe Sauc. *Referamus ędem*,cantemus, celebremus templum.

Cęſaris in nomen. proponit inſuper in cuius laudem hæc canat, nempe Cæſaris Auguſti, qui auctor fuit illius belli. *Cęſar dum canitur.* Iouis orat attentionem in his decantandis laudibus. *Vacos* vacuas, purgataſque aures præbeas.de præpoſitione,& inuocatione vide cap 21.& 22.syntag.noſtri.

Eſt Phœbi. ſequitur narratio incæpta a deſcriptione loci pugnę. Itaque Topographia eſt poetis vſitata. Virgil. *Eſt in ſeceſſu longo locus.* Ouid.Metam.1. *Eſt nemus Aemonia.*

In hac narratione lyricorum more ſtrictim, & ſummatim naualis pugnæ ſeriem, exitũq; inter Auguſtum, & Antonium perſequitur, de quo narrationis genere videatur ſyntagma noſtrum de lyrico poemate cap. 23. *Fugiens* recedens, quaſi ſe ſubtrahens. *Ad littora Athamana* iuxta litora Epirotica: vbi Athamanes populi ſecundum Strabonem habitant. Nam ex Plinio ſunt Athobæ populi.

Qua: ſcilicet parte aquam Ionij maris obſtrepentem ſinus recondit, & ſilere facit tutam à ventis; vnde *condit murmura*.

Actia Iulea: Appoſitio pelagus monimenta Actia, & hyppalage pro Actium pelagus. bene *monimenta* propter templum Apollinis Actij, vrbem Nicopolim, coloniam Actiam, & Actiacos ludos, quæ ſunt monumenta victoriæ Auguſti, quæ monumenta carinæ Iuleæ, ideſt Cæſaris Auguſti, qui ex familia Iulia erat, quæ a Iulo Aeneæ filio venerat. *Carinæ* pro claſſis ſynecdoche eſt, & pro Auguſti metonymia.

Nautarum votis laus huius portus a facilii ad hunc nauigatione, quam optant nautę. *Via non operoſa votis nautarum*, non difficilis, ſed reſpondens deſiderijs nautarum, quæ ſunt facile perueniendi in tutum portum: & talis ille erat ab Auguſto munitus, contra antea, vnde Virg.

Et ſoro ſedatus nautis aperitur Apollo.

Huc iucunda: Ad hunc locum Actij Apollinis conuenerunt bellatores ex omni pene orbis parte, hinc Antonium, inde Auguſtũ ſequentes. *Coiere* conuenere: *ſtetit æquo-*

re moles; *pinea*: vtraque claſſis ingens Auguſti, & Antonij ad pugnam parata erat. *moles pinea* periphraſis claſſis vaſtæ poſita materia pro nauib. ex ea compactis: æquore, in æquore.

Hac remis non parib. auſpicijs nauale certamen conſertum eſt, *Auis* pro auſpicijs metonymia ſigni pro re ſignata *Remis* claſſi nauigāti, metonymia inſtruméti pro nauigatione.

Altera claſſis explicat cōtraria auſpicia, Antonij & Auguſti ſic. *Altera* ideſt Antonij, *erat dānata* addicta iā, adiudicata, *Quirino teucro* Auguſto, qui à Teucris originē trahebat, vnde Virg. *Pulchra Troianus origine Cæſar.* Seruius in illud Virg *Remo cum fratre Quirinus.* populus, inquit, Romanus Octauio tria obtulit nomina, vtrū vellet Quirinus, an Cæſar, an Auguſtus vocari, ille, ne vnū eligendo partem læderet, quæ aliud offerre cupiebat, diuerſo tempore omnib. vſus eſt, & primo Quirinus, poſtea Cęſar, poſtremo Auguſtus dictus eſt, ſicut Suet. ꝓbat. & ī Ge. Vir. *Victoriſq; arma Quirini*, Nō bene igitur Beroal. interpretatur, q teneſū Quirinū Antoniū intellexit.

Pilaq; Ratio adiudicationis: Quia Romana arma turpiter, & cum dedecore tractarētur manu fœminea ideſt Cleopatræ, & militum Romanorum fœminæ emancipatorū quę fœminam non decent. Hic varia eſt lectio. *Apta manu fœminea* tertio caſu. Vt apud Virg *parce metu Cytherea.* & *acta manu fœminea* hoc eſt vibrata, & emiſſa.

Hinc: altera ex parte, *nauis Auguſti ſta*-

bat

bat, vel vehebatur *plenis velis omine Iouis* ſecundo, & felici auſpicio. Iupiter enim Auguſto fauebat, & Anubis Cleopatræ. Eleg. 11. lib. 3.

Auſa Ioui noſtro latrantem opponere Anubim. Omen fauſtæ nauigationis eſt, cum vento ſecundo implentur vela.

Signaq; Alia ratio a peritia belli, quam habebat Auguſtus per quam vincere ſolebat, & ob honeſtum ſuum finem in bellis *patriæ ſuę* in decus, & vtilitatem patriæ ſuæ.

Signa iam docta: Cæſariani iam docti eſt metonymia adiuncti.

Tandem. poetice naualis pugnæ, aciem deſcribit, dum a Nereo Marino Deo ordinatã fuiſſe dicit, quia in vndis parabatur. præterea Romanum morem expreſſit in re militari, qui erat acie lunata, & in duo cornua diuiſa certamen inire. *Tandem* poſt longam moram, vel quia omnis mora pugnandi cupidis longa eſt, vel quia pugnare cunctabantur. *Nereus* Deus Marinus, *lunauerat acies in arcus geminos*: curuauerat, & inſtruxerat in ſpeciem, & formam duorum arcuum, quia duæ acies erant; qui arcus inſtar ſunt lunæ ſemiplena hodie etiam Turcæ acie lunari claſſes inſtruunt. Virg. dixit, portus curuatus in arcum. Ouid. 11. Metam. ſinus curuos falcatus in arcus.

Armorum. Maris aqua varios habere colores videbatur radijs armorum variorum, & ſic picta videbatur. *tremebat* repercuſſu luminis vibrabat. Virg. *ſplendet tremulo ſub lumine pontus*.

Cum

Cum Phœbus. Paratis ad certamen claſſibus fingit poeta Apollinem Auguſto certamen auſpicanti aſtitiſſe, ac felix augurium attuliſ ſe nouæ flammæ, atq; victoriam ſpopondiſſe, quæ quidem omnia poetice admodū pinxit. *Linquens* deſcribitur locus, vnde venit Apollo, qui eſt Delos inſula in qua natus fuit, quæ cum ſola inſularum ſecundum fabulam per mare vagaretur perpeſſa ſæuitiam ventorum, eam ab errore vendicauit, ſtareq; fecit. Itaq; poeta ait, *ſtantem ſe vindice*, ſe ab errore vindicante, & liberante. *Nam vna mobilis* ſola ex inſulis, *tulit* perpeſſa eſt, *notos iratos* ventos ſæuientes, ea ſunt synecdoche ſpeciei pro genere, & metaphora ab animali ad non animal, vt apud Hor *Rabiem noti*.

Aſtitit. Cum perueniſſet Apollo ad Claſsē Auguſti ſtetit ſuper puppim eius, quod finxit poeta, quia in puppi Dij, ac tutelæ nauiū ſtabant, & fortaſſe ſculptus, aut pictus in ea erat Apollo, cuius filius haberi voluit. Auguſtus, eiuſq; ornatu gaudebat *Et noua flamma*, & omen attulit ſubito læſum inſolitæ flammæ, & ſolito lucidioris: quæ luxit ter, & ter ſinuata, ideſt curuata, & quaſi falcata in ſpeciem obliquæ facis, quam flammam vult fuiſſe velut ducem ad pugnam. Liuius de Ser. Tullo; Dormienti caput ardere viſum oſtentum futuri regni.

Non ille per collationē a pari oſtendit poeta, qualis Apollo apparuerit Auguſto, nō cū inſtrumentis deliciarum, ſed cū arcu, & ſagittis illi auxiliabundus, & tali vultu, id eſt truci, & horrendo, quali aſpexit Agamēnona,

na,cum ille Chryſem Apollinis ſacerdotem cum ingentibus donis filiæ redimendæ gratia adeuntem repudiauit, iuſſitq; e veſtigio e caſtris diſcedere. tunc enim e celo delapſus ſagittis tot percuſſit, vt cateruatim defũcti cremarentur. Hom. 1. Iliados. aut tali, quali Pithonem ſerpentem magnitudinem corporis Parnaſſum occupante ſagittis cõfecit. ita vero ſententiam ornauit. pro non attulit deliciarum inſtrumenta,dixit,*non attulerat crines ſolutos in colla*, id eſt comas per collum fluentes,quales fert pacatus Tib.l.3. E.4.de Phœbo Intonſi crines longa ceruice fluebant. non *attulerat carmen inerma lyra teſtudinea* non venerat cũ lyra e teſtudine primum facta à Mercurio, vt amores caneret, ſed vt bella gereret, ideo dixit *inerme carmen.* ſed venerat vultu irato, & tuci, quali aſpexit Agamemnoa pelopeium, hoc eſt à pelope deſcendentem. *Et egeſſit*, euacuauit pene caſtra Dorica, græca multitudine defũctorum rogis auidis, ſunt multi tropi rogus, pro igne, ignis pro cæde, auidis pro inſatiabilibus,quia ignis natura voraciſſima eſt.

Aut qualis aut quali vultu, & armis *ſoluit* confixit, ſtrauit, & mortuum explicuit, *Pythona ſerpentem per orbes flexos*, voluentem ſe *per orbes flexos*, in gyros, & volumina ſinuoſa, obliqua, & torta. Strabo explicans hanc fabulam dicit hunc fuiſſe violentum latronem Draconem cognominatum parnaſſi incolam. *Quem* Pythona *lyra imbellis* ipſe Apollo Lyricen, & Cytharedus inermis. Timuit, ſed non arcu, & ſa-

ſagittis armatus, quia lyra imbellis, ineptaque eſt ad neces. Lyrę pro Apolline metonymia adiuncti eſt.

Mox ait. Artificioſe a poeta inducitur Apollo Auguſtum alloquens, vt ita plus auctoritatis, ac fidei dicendis compararetur. Laudatur Auguſtus à genere per collationē à Maiori. *O Auguſte ab Alba longa*, videlicet oriūdus. & ſignificat ex gente Iulia eſſe. nā illic Iulius Aſcanius Aeneæ filius regnauit. vel Auguſte ab Alba, pro Albane, vt apud Cæſarem lib 3. de bello Ciuili, a Placentia, a Puteoli, pro Placentinus, puteolanus.

Cognite maior: vel ratione generis, quia à Venere Ortum trahit per Aeneam, vel ratione virtutis. *Seruator mundi* laus ab officio, vindex orbis terrarum, cuſtos rerum.

Vince mari: Bene ominatur ei in eo bello maritimo, & hoc a reb. bene in terra geſtis. *Iam terra tua eſt*: iam terram viciſti. *Tibi militat arcus.* Auxilium ſuum ei pollicetur tua ego cauſa arcum meum cenſendi. *Hoc omne omne ex humeris* periphraſis pharetræ plenæ telis.

Solue metu patriam, Suaſio ab honeſto belli fine, in publica vtilitate. Libera metu patriā. *Te vindice freta* Quæ nixa, & fidens, quia libertatem aduerſus dominationē Cleopatræ aſſeruiſti: *impoſuit vota publica tua proræ*, velo, quod in prora tua eſt, & mendicum dicitur. vel ex Scalig., vota in Cęla inſcalpta in genibus Dei tutelaris nauis Auguſti, qui in prora eſſe ſolebat.

Quam

Quam niſi. periculi magnitudo patriæ imminentis declaratur, quæ peritura eſt, niſi defendatur. quæ ſententia poetice admodū pingitur per locum antecedentium falſorū. Romulus poſt conditam Romam in Palatino monte augurium captanti dixit ſibi duodecim vultures apparuiſſe, quod felix augurii habitum fuit pro Romano imperio. Sed niſi Auguſtus modo ſuccurrat, actum eſſe de imperio dicit. ideo dicit cum non bene vidiſſe, ideſt falſo vidiſſe, non vidiſſe acies Palatinas in Palatino colle ire, volare, vt apud Virg. *It fama per vrbes.*

Et nimium. Timorem adimere contendit tacitæ reſpondens obiectioni, quæ fieri poterat, § Antonium difficulter ſuperari poſſe, quòd eius nauis centum remis, tanquam alis impulſa feratur. Nam dicit contrariū ventum habere, & cauſam malam, quę timidos, & ignauos pugnantes reddit, ac ſibi diffidentes, ita verba ordina. *Et vela regia* ſynecdoche partis pro toto, & metonymia cōtinentis pro re contenta, ideſt claſſis Cleopatræ reginæ, pro eius exercitus, *nimium audent pati fluctus remis latinis* nauigare nauib. Romanis, alia ſynecdoche. *pro turpe* exclamatio in impudentiam eorum *principe te* emphaſim hoc habet, regnante, dominante te tanto, tanquam felici principe.

Illa labitur natat *inuito mari* inuitis aquis ob contrarios ventos. *Quodq. prorę minantes vehunt ſaxa centaurica* id eſt licet Antoniani in portis ſuis habeant ſaxa ingentia ad pugnandam, qualia centauri validiſſimi in pugnis

gnis adhibebant:tamen *experiere* ſenties, re ipſa cognoſces *caua Tigna* naues vacuas per periphraſim: vt apud Virgil *Vaſtique caua trabe currimus æquor* . non magis læderis , quam ſi vacuæ eſſent illæ naues,& *pectos motus*.expolitio vanos eſſe metus, vt quæ picta ſunt .

Frangit ratio gnomica.iuſta bellandi cauſa animos acuit ad bellum,iniqua deprimit. *excutit*,abijcere cogit .

Tempus adeſt Cum bene ad prælių̃ Apollo Auguſtum animaſſet, admonet tempus eſſe prælij committendi,eiq; certam ſpondet victoriam. Ego auctor temporis,qua ſol id eſt Apollo,ſiue phębus origo æui eſt annum, & diem efficiens *ducam manu*. Iulia roſtra dux ero ad victoriam facilem Iulicæ Carinæ,Auguſti rati.*Manu laurigera* victrici,quia lauri ramum gerunt triumphantes.

Dixerat. Commiſſo prælio primus erat Apollo Sagittas excutiens poſt Apollinē Auguſtus haſtam concutiens.Quod ornate explicauit poeta . *& conſumit pondus pharetræ in arcus* ſagittas omnes arcus impoſuit . Quod ſupra promiſſerat.

Et fauet ex humeris hoc onus omne meis .

In arcus Sinecdoche numeri pro arcum .

Proxima haſtam Cæſari tribuit,vt Homerus Achilli,& Virg.Aeneæ,& Turno, ſiue ꝙ haſta ſignum imperij eſt,ſiue quod virtutis iudicium,vnde ea viri fortes donantur.

Vincit Roma.narratur certaminis,& belli exitus : Roma fideli Phœbi auxilio victrix fuit, & victor Auguſtus Cleopatra in fuga

con-

conuerſa eſt cum nauibus ſexaginta, quam turpiter ſecutus eſt Antonius tanquam in Cleopatra viueret, ſimulq; moreretur. unde ait Florus: *Prima dux fugæ Regina cum aurea puppe, veloque purpureo ſe in altum dedit.*

Fide auxilio. Ter in And act 4. ſc. 2. *Dij veſtram fidem.*

Fœmina in contemptum Cleopatræ non reginam ſed fœminam appellando. *Dat pœnas* cui morte ſupplicium, quam ipſa ſibi conſciuit. *Sceptra fracta* regna, & imperia amiſſa. nā ſceptra regnorum ſunt inſignia. itaque, metonymia eſt ſigni pro reſignata ita faſces, & ſecures pro magiſtratibus. *Vehūtur per aquas Ionias* feruntur, & fluitant per fluctus Ionij maris.

At pater: In victoria Auguſti & fuga Antonij inducitur poeticè C. Iulius Cæſar dictator Octauiani Auguſti natura auunculus, & adoptione pater; vt patet ex Suetonio in Auguſto cap. 4. mirans virtutem, & felicitatem filij adoptiui.

Ab aſtro Idalio ab ipſo cœlo. Hor. od. 12. l. 1. *Micat inter Iulium ſidus.* Prop. Elegia 18. & qua

Cæſar ab humana ceſſit in aſtra via.

Idalio Dioneo, Venerio. Idalium Ciuitas Cypri eſt.

Sum Deus ait, & iſta eſt fides noſtri ſanguinis, id eſt certum teſtimonium, & indicium ſtirpis diuinæ, & generis.

Proſequitur. Triton Neptuni filius Marinus Deus, & buccinator comitatur Auguſtū

vi-

victorem quaſi gratulans cum clangore tubæ, & Nereides omnes fauſtos ſonos crepuere. *Circa libera ſigna* victricia, & defenſa vindice Cæſare.

Illa petit narrat, quid Cleopatræ euenerit diuictæ. *illa male nixa cymba fugaci* non bene freta, quia paruum in cymba præſidij. *fugaci* in qua ipſa fugax erat, vel celeri *petit Nilum* in Nili receſſus fugit. Eleg 2. l. 3.

Fugiſti tamen in tumidi vaga flumina Nili.

Hoc vnum ecclypſis vel verbi deſiit ſupple Auguſti triumpho, quod petijt Nilū nō morturā iuſſo die, pro ipſa à victore iuſſa metonymice, vel hoc vnū habuit Cleopatra, &c.

Dij melius prouerbialis ſermo auerruncātiū aliquid à ſe, & depellentium *vna mulier quātus triumphus foret.* ironice tamen dixit E. 11. l. 3 de imagine tantum Cleopatræ loquens.

Accepere tuæ Romula vincla manus.

Ductus erat. ſenſus eſt, nulla gloria erat triumphans de muliere eam ducere per eā viam, id eſt ſacram, per quam olim ductus fuerat Iugurtha à Mario ſuperatus, & ductus in triumpho.

Actius hinc. Quam laudem, & famam Phoebus ex illo bello ſibi pepererit, oſtēdit, & eſt quod vna ſagitta, id eſt ictu ſagittæ vicerit decem naues Quod ſolum à Propertio dicitur, de hoc Virg 8. ita cecinit.

Actius hoc cernens arcum intendebat Apollo,
Deſuper, omnis eo terrore Aegyptus, & Indi,
Omnis Arabs, omnes vertebant terga Sabei.

Bella ſatis. Tranſit poeta à naualis pugnæ deſcriptione, & reportata victoria ad ſolēniū

epu-

epularum, & ſacrificiorum celebrationem pro gratiarum actione, & ad hortationem Apollinis,& Bacchi,qui poetarumDij habebantur, vt ipſi viciſſim memorent Augusti victorias qua quidem arte plurimum effert Augusti laudes non humano,ſed diuino ore canendas.

Bella ſatis. Cytharam vult ſibi dari,vt iam bello finito pœana canat.hoc autē ſub perſona Apollinis poetice facit, & bene poſt victoriasDijs gratię aguntur,qua alio digēt ſtylo,& instrumento,ab eo quo bella canūtur. ideo Apollo victor, ideſt victoriæ dux poſcitCitharam,& exuit arma,id eſt viam, & ſtudium belli,vt inquit Paſſeratius; quia ex Hor.od 4.l.3. arma ſua nunquam exuit. *Numquam humeris poſiturus arcum ad choros placidos.* vt ducat choros placidos,ideſt otij, & pacis,vt ſolet cum muſis.Virg. *Inſtauratq; choros*, vel vt ſaltantibus canat cithara, & allegorice ſignificat bella amplius canenda non eſſe ſed ludicra.

Candida nunc læta,& felicia conuiuia, *ſubeant luco molli* ſuccedant in lucum veſtitum molli fronde,& herba molli ſtratum. In lucis vbi erant fana fiebant ſacrificia.

Blandieiq; Coronæ roſeæ pendeant e collo meo,conuiuæ olim capite,collo,& brachijs coronas geſtabant.

Blandię pro blandæ,ſuaues,& odoris, & aſpectus iucundi.

V.naque optima vina e cado in Cyathos fundantur,ideſt bibam,metonymice poſito antecedenti pro ſequente. *Elſa* olim expreſ
ſa

ſa *pralis Falernis* ideſt Falerna vina, optima ſynecdoche ſpeciei pro genere.

Terque petit caput ſuum crocino vnguento perfundi.

Beroaldus per ſpicam Ciliſſã nardum,& nardinum vnguentum intelligit. quia ſpica nardi dicatur,& Nardus in Cilicia naſcatur auctore Dioſcoride. Scal. Spicam Ciliſſam bulbum croci interpretatur,& ſpicam Nardi ait eſſe bulbum nardi Indicæ.

Ingenium potis. Rogat Muſam, vt excitet, exacuat, acrius efficiat ingeniũ, quo valent, poetis potis, vino madentibus *irritet* metaphora a canibus.

Baccho ſoles ratio, quia vinum Apollinis,& poetarum ingenium fertile, & fœcundum reddit Hor. e. 5. l. 1.

Fœcundi calices quem non fecere diſertum?

Tuo Phœbo fratri tuo,& quia ſacra vtrique mixta fiebant in Parnaſſo.

Ille paludoſos. Beroaldus refert ad Bacchũ,& ad Apollinem, quem ſupra ſecuti ſumus, modo ſequar Paſſeratium, qui ad potos poetas refert,& ſenſus eſt viciſſim canten poetæ varias victorias,& triumphos Cæſaris.

Ille ideſt vnus *memoret ſicambros paludoſos*, qui ſunt Germaniæ populi in paludibus habitantes & a Druſo auſpicijs Auguſti domiti fuerunt, quos deinde Auguſtus in Galliam traduxit, atque in proximis Rhenis agris collocauit ex Beroaldo *ſeruire* victos,& deditos eſſe.

Cephęam hic. Alius poeta canat, ſupple ſeruire.

Meroen Cepheam: inſulam illam Aetiopiæ clariſſimam,& caput Aetiopici regni. quæ hoc nomen ſortita eſt à Meroe matre Cambiſi regis Cephea deinde electa à Cephee patre Andromaches Aetiopum rege. Et Auguſtus vicit Aegyptios & domuit meridionales nationes,ac Indos pellexit ad amicitiam ſuam.vt vero loco fuſca regna appellat à colore Aetiopum,Indorũq; aduſto. *Hoc referat.* Alius canat Parthum confeſſum, nempe ſe victum,fatẽtẽ ſe peccaſſe,ac veniã petentẽ:alij legunt confoſſum. *Fœdere ſero* ſeris condicionibus pacis.Hor epi.12.lib 1. confeſſum,& ſupplicem deſignat Regẽ Parthorum.Ius,imperiumque phraates.

Cæſaris accepit genibus minor.

Reddat. reſtituat ſigna Romana Craſſis adempta,Ouid.Triſ 2 E 1.

Nunc petit Armen us narem,nunc porrig t arcus,
Parthus equos,dim da captaq; ſigna manu.

Mox dabit ipſe ſua ſigna Auguſto tamquam victori.

Siue aliquid. ſiue nonnihil remittet orientalibus, id faciet, vt parthica trophea diferantur *in pueros* id eſt in Druſum, & tiberiũ. *iſta trophea* iſtas victorias.

Gaude Craſſe conſolaretur Craſſum hoc bono nuncio,qnia iam licebit ire tuto ad ſuum ſepulcrhum,vt ei iuſta ſoluãtur,quod omnia Auguſtus pacata reddiderit.

Si quid ſapis.id eſt ſentis occiſus,ac ſepultus in arenoſis campis Aſſiriæ.vbi arenæ nigræ, non flauæ ſunt.

Ad tua buſta ſepulchra. quod tamen à Pro-

Propertio ſolum dictum eſſe dictitant de Craſſi ſepulchro. ſed poetæ ſatis eſt veriſimilia dicere.

Si noctem fallam. elegiam claudit. dicẽdo ſe velle totam illam noctem conſumere bibẽdo, & canendo in victoriam Auguſti. *patera* pro vino metonymia eſt. Donec dies iniciat radios in mea vina, bibam vſq; ad ſolis ortũ.

Elegiæ V. Selectarum Propertij.

Argumentum.

TRia Herculis facinora complexa eſt hęc Elegia, Caci latronis internicionem, quod eius boues furatus fuiſſet: ingreſſum eiuſdem per vim in locum, vbi ſacra Bonæ deæ fierent, vt ſitim ingentem, qua premebatur, extingueret, cum mulieres eum ingreſſu prohiberent, quia locus ille viris non patebat: & Aram, quæ maxima dicta fuit, ab Hercule ibi ſtructam ob recuperatos ſuos boues Caco interfecto: à qua ſequeſtrari mulieres voluit. Quæ, vt inquit Plutarchus, nihil attingunt, neque deguſtãt, quod ſuper aram immolatum ſit. & hoc fecit, ne inulta iniuria à mulieribus accepta remaneret.

Elegia.

Amphitrioniades qua tempeſtate iuuencos
Egerat à ſtabulis ò Erythea tuis
Venit ad inuictos pecoroſa Palatia montes,

M Et

Et ſtatuit feſſos feſſus & ipſe boues.
Qua Velabra ſuo ſtagnabant flumine, quaq;
Nauta per vrbanas velificabat aquas.
Sed non infido manſerunt hoſpite Caco
Incolumes: furto polluit ille Iouem.
Incola Cacus erat metuendo raptor ab antro
Per tria partitos qui dabat ora ſonos.
Hic, ne certa forent manifeſta ſigna rapinæ,
Auerſos cauda traxit in antra boues.
Nec ſine teſte deo, furem ſonuere iuuenci
Furis & implacidas diruit ira fores.
Mænalio iacuit pulſus tria tempora ramo
Cacus, & Alcides ſic ait, ite boues,
Herculis ite boues, noſtræ labor vltime clauæ,
Bis mihi quæſitę bis mea præda boues,
Aruaq; mugitu ſancite boaria longo.
Nobile erit Roma paſcua noſtra forum.
Dixerat; & ſicco torret ſitis ora palato,
Terraq; non vllas fœta miniſtrat aquas.
Sed procul incluſas audit ridere puellas.
Lucus ab vmbroſo fecerat orbe nemus
Fœminea loca clauſa deæ, fonteſq; piandos,
Impune & nullis ſacra retecta viris.
Deuia puniceæ velabant limina vittæ;
Putris odorato luxerat igne caſa:
Populus & longis ornabat frondibus ędem,
Multaq; cantantes vmbra tegebat aues.
Huc ruit in ſiccam congeſto puluere barbam,
& iacit ante fores verba minora deo.
Vos precor o luci ſacro quæ luditis antro,
Pandite defeſſis hoſpita fana viris.
Fontis egens erro, circaq; ſonantia lymphis,
Et caua ſuſcepto flumina palma ſat eſt.
Audiſtiſne aliquem, tergo qui ſuſtulit orbem

Ille

Ille ego ſum: Alcidem *terra recepta vocat.*
Quis facta Herculeæ non audit fortia clauæ?
Et nunquam ad natas irrita tela feras?
Atq; vni Stygias hominum luxiſſe tenebras?
Accipite hæc feſſo vix mihi terra patet.
Quod ſi Iunoni ſacrum faceretis amaræ,
Non clauſiſſet aquas ipſa nouerca ſuas.
Sin aliquam vultuſq; meus, ſetaq; Leonis.
Terrent, & lybico ſole peruſta coma:
Idem ego Sidonia *feci ſeruilia palla*
Officia, & Lyda penſa diurna colo:
Mollis & hirſutum cæpit mihi faſcia pectus
Et manibus duris apta puella fui
Talibus Alcides: *ad talibus alma ſacerdos*
Puniceo canas ſtamine vincta comas:
Parce oculis hoſpes, lucoq; abſcede verendo:
Cede agedum, & tuta limina linque fuga.
Interdicta viris metuenda lege piatur,
Quæ ſe ſummota vindicat ara caſa.
Magnam Tireſius aſpexit Pallada vates,
Fortia dum poſita Gorgone, membra lauat.
Dij tibi dent alios fontes: hæc lympha puellis
Auia ſecretis liminis vna fuit,
Sic anus. ille humeris poſtes concuſſit opacos:
Nec tulit iratum ianua clauſa ſitim.
At poſtquam exhauſto iam flumine vicerat æſtum,
Ponit vix ſiccis triſtia iura labris.
Angulus hic mundi nunc me mea fata trahentē
Accipit, hæc feſſo vix mihi ſerra patet.
Maxima quę gregibus deuota eſt ara repertis,
Ara per has, inquit, Maxima facta manus.
Hęc nullis vnquam pateat veneranda puellis,
Herculis eximij ne ſit inulta ſitis.
Sancte pater ſalue cui iam faue aſpera Iuno,

Sancte velis libro dexter ineſſe meo.
Hunc quoniam manibus purgatum ſanxerat orbẽ,
Sic ſanctum Tatia compoſuere curas.

Artificium.

REfertiſſima eſt hæc Elegia poeticis ornamentis veluti imitatione, epiſodijs, fabulis, eruditionibus, tropis, & ſimilib. Duas habet partes, narrationem complectentẽ tria illa in argumento tacta. & perorationem factam per petitionem auxilij, vt velit huic ſuo libello dexter, ac propitius eſſe, & merito quidem, cũ Hercules à Græcis muſagetes, hoc eſt muſarum dux, & ſocius dicatur.

Amphitrionyades. Quo melius cauſa necis Caci intelligatur, prænarrat poeta Herculis aduentum in Italiam prænarratio vero conſtat circumſtantijs tẽporis, *qua tẽpeſtate*, quo tẽpore, tacti *egerat inuectos à ſtabulis*, pro abegerat, abduxerat, & eſt anaſtrophe; & hic notat Herculẽ tãquã ab actorem: loci à quo, *O Erythrea*, quæ inſula eſt in Hiſpaniæ termino ſita: quæ ita nominata fuit à primis ſuis habitatoribus, qui ab Erythreo mare venerunt dicta etiam fuit inſula Iunonis, in qua Gadium fuit opidum, & hic maxima pabulorum copia erat auctore Strabone, & Geryones tres fratres habitaſſe feruntur, qui cum eſſet tantæ concordiæ, vt vno animo omnes regi viderentur, locum ſabulæ dederunt Geryonem triplicis fuiſſe naturæ. Huius igitur armenta Hercules abduxit. quod poeta per ſynechdochen totius pro parte

te expreſſit, ò Erythrea à tuis ſtabulis, id eſt Geryonis tui habitatoris. *Amphytrioniades* periphraſis Herculis per patronymicum. qui licet Iouis filius eſſet, tamen Amphitrionis filius putabatur, ideo à Catullo Amphitrio falſiparens appellatur. De Amphitrione extat Plauti fabula, ſiue comœdia. De Hercule nullus copioſius ſcripſit, quam Gyraldus in hiſtoria Deorum o Erythrea Turnebus legit Erythia, Scal. Erythea.

Venit ad. periſtha ſis loci præcipui, ad quem venit cum bob. qui duob. adiunctis notatur periphraſtice, & per prolepſim mõtes inuictos vbi cõdẽda erat Roma inuicta, id eſt quę vinci non poteſt. palatia pecoroſa appoſitio. qui mõtes tunc pecoroſi id eſt pecore abũdantes ob copiã pabuli pallatia appellãdi erãt, pro pallatium per enallagem, vt etiã montes, nã Auentinum tantum intelligere debemus. Ouid. 4. Faſt de eodem Hercule

Hoſpes Auentinis armentum pauit in herbis
Clauiger, & tanto eſt Albula pota Deo.

Palatia videtur alludere ad id, quod dixit Varro, putare quoſdam palatium à pecore denominatum.

Et ſtatuit adiunctum facti, poſt longum errorem hic boues conſiſtere ſecum iuſſit ad quietem, & pabulum. Liu l. 1.

Vt quiete, & pabulo lęto reficeret boues, & ipſum feſſum via procubuiſſe.

Statuit, ſtare iuſſit: *feſſos feſſus* biſquiſitum, ſiue aſſonantia.

Qua velabra alijs adiunctis locus ille, vbi ſtetit, deſcribitur. ea nẽpe parte, qua Velabrũ

luturum erat quod vicus Romæ fuit ita dictus ex Varrone, quod eo olim vehebãtur ratibus, quando Tiberis per velabrũ fluebat. Duo erãt velabra maius, & minus. *Stagnabant* hypallage eſt, pro flumen ſtagnabat, & effundebatur per Velabrum. vnde Liu. *leuibus,* inquit, *ſtagnis effuſus Tibris.*

Quaq; ratio cur Velabrum diceretur, quia illuc *nauita velificabat,* vela faciebat, nauigabat *per aquas vrbanas* medio foro labẽtes.

Sed non infido. Boues inquit, non manſerunt incolumes Caco hoſpite infido, id eſt latrone cui nulla fides eſt omnibus inſidias ſtruenti. Ouid. 1. Faſt. de eodem.

Non leue finitimis, hoſpitibuſq; malum.

Alij tamen dicunt Herculem hoſpitio ab Euandro acceptum.

Furto polluit ille Iouem iurauit in Iouem hoſpitalem.

Incola. Digreſſiuncula, qua Cacus deſcribitur ab adiunctis perſonæ; *raptor,* Fur. habitationis, *ab antro metuendo* a ſpelunca horrenda, quia affixa foribus ſpeluncę erant humana ora Virg. 8. ſemperq; recenti.

Cæde tepebat humus, foribu q; affixa ſuperbis
Ora virum triſti pendebant ſqualida tabo.

Per tria: ab adiuncto fabuloſo, nam tricipitem appellat, & trifaucem.

Fulgentius allegoriam huius fabulæ explicãs dicit malitiam tribus modis nocere, apertè vt validiores; clam, vt fures, blandè, vt doloſè per falſos amicos. De Caco Vulcani filio multa ſcribunt Virg. 8. Ouid. 1. Faſt. & 6. Liuius, & alij. Secundum Gyraldum

dum habuit ſororem Cacam nomine, quæ quia indicauerat Herculi furtum fratris, dea facta fuit, & a Romanis culta.

Hic ne capta. Deſcriptio furti a modo. Nã ne in manifeſto furto deprehẽderetur, auerſos boues per caudam in antrum trahebat. Fuſius hoc deſcribit Virg. 8. Aen. ibi.

Quatuor e ſtabulis præſtanti corpore tauros.
Auertit, totidem forma ſuperante iuuencas,
Atq; *hos, ne qua forent pedibus veſtigia rectis,*
Cauda in ſpeluncam tractos, verſiq; viarum
Indicijs raptos ſaxo occultabat opaco
Quærentem nulla ad ſpeluncam Signa ferebãt.

Nec ſine teſte ſequitur detectio furti, & punitio. Senſus eſt, ſono, & mugitu furem prodidere boues, *non ſine teſte Dei* quia Iupiter hoſpitalis teſtis fuit, id eſt arbiter, & ſpectator furti, & ſceleris, & vltus eſt. & prouerbialis eſt ſermo.

Iuuenci ſonuere furem indicauere, detexere. Liuius vt hiſtoricus ita narrat. Inde cũ actæ boues, quædam ad deſiderium, vt fit, relictarum, mugiſſent, reddita incluſarum ex ſpelunca boum vox Herculem conuertit. Obſeruetur quam variè idem factum auarijs ſcriptoribus ſcribatur, pro ſeruando decoro in ſuis dicendi generibus.

Furis &c. Hercules detecto furto ita percitus ducit, & euertit fores implacidas importunas ſæuas ſpeluncæ Caci furis.

Ira pro irato Hercule metonymia adiuncti eſt.

Quantæ eſſent illæ fores antri legatur Virg. loco præcitato & Ouid. 1. Faſt.

Ille aditum fracti præſtruxerat obijce montis.
Vix iuga mouiſſent quinq; bis illud onus.
Nititur hic humeris,celum quoq; Sederat illis,
Et vaſtum motu collabefactat onus.
Quod ſimul euulſũ eſt,fragor athera terruit ipſũ;
Ictaq; ſubſedit pondere mollis humus.

Menalio iacuit. aperto anno ſtatim Cacum interfecit ſua claua. *Cacus pulſus* percuſſus, vlneratus ab Hercule *Ramo Menalio* periphraſis Clauæ, quæ exciſa erat e Menalo Arcadiæ monte; *tria tempora* trahens. tria ſua capita percuſſa, & vulnerata, græca conſtructio, quam quidam Synecdochem appellãt. vt apud Virg. *Vultum demiſſa profatur Iacuit* procubuit, mortuus cecidit.

Et Alcides, recuperatas boues reducit,vbi alias habebat. quam ſententiam ad paſtorum imitationem ornauit apoſtrophe, & geminatione *Ite boues, Ite boues vltime labor* qui cæſtis vltimus labor ad hoc tẽpus noſtræ clauæ, meus,qui claua vtor. duodecim fuerunt labores Herculis, 1. Leo 2. Hydr. 3. Aper. 4. Ceruus, 5. Stymphalidos, 6. Baltheus, 7. Stabula Augiæ. 8. Taurus, 9. Equi Diomedis, 10. Gerionis boues, 11. Cerberus, 12. Aurea mala. Quod attinet ad boues geminatus eſt, quia pro illis prius cum Geryone, poſtea cum Caco certauit. Ideo *bis quæſitę bis meæ prædæ*,

Aruaq; poſtremo Iubet reductas boues ſuo mugitu ſancire illum locum, ideſt ſanctum poſteris reddere, & boetu confirmare nomen futurum loci, ideſt fori boarij.

Alij dicunt a bobus vendendis dictum forũ boariũ.

Dixe-

Dixerat. Recuperatis bobus Hercules bene ſitiens inducitur, nam ingens labor ſitim gignit & cum ibi aquæ copia non eſſet, audita voce fœminarum ex vicino loco, vbi ſacra Bonæ Deæ fiebant, a quibus viri arcebantur acceſſit, & petijt, vt ſibi ingredi liceret ad ſitim extinguendam, quo non impetrato, vi ingreſſus eſt, & ob hoc facturus poſtea ſacrum ad Aram maximam a ſe erectam mulierum præſentiam deteſtatus eſt, & poſitio, ac pinario ſacrorum cuſtodibus iuſſit, ne mulierem inter eſſe permitterent. Hæc ex Macrobio etiam colliguntur. Sed videamus quã poeticè hæc expreſſa ſint a Propertio.

Dixerat & ſicco. ingens ſitis deſcribitur ab effectu, quia torrebat, adurebat ora palato in arido effecto, quod vdum eſſe ſolet. & bene *Torret* quod ſitis ſit ignea.

Terraq; Nec terra illa aquas ſubminiſtrabat terra fœta vel grauida humore, vel fœcunda, & ferax. & non iterandum eſt. non fœta, nõ miniſtrat, ſi priori modo explicas.

Sed procul. Audiuit non nimis longe puellas ridentes, quæ incluſæ erant ſeptis, *procul* prope ex Seruio 5. Aen. *Eſt procul in pelago ſaxum*. *Puellas* virgines veſtales ex Cicer. in Orat. pro Aruſpicum reſponſis contra Clodium, qui Cærimonias Bonæ Deæ violauerat. *Ridere* riſus puellis familiaris eſt. Hor. o. 9. l. 1. *Gratus puellæ riſus ab angulo*.

Lucus digreſſio ad locum deſcribendum a multis adiunctis ad dilatandum pœnã, & ad delectãdum. lucus dicitur, quia ſacrariũ

Illic erat Bonæ Deæ nam ex Ser. non eſt ſine religione lucus

Fecerat nemus arborum numero, quo lucus à nemore differt, vt etiam, quia lucus religionis eſt, & nemus voluptatis, ex quo dixit *orbe vmbroſo* pro arboribus vmbroſis in orbē ſatis & *ab* vacat.

Tibullus, & nemora in domibus ſacros initantia lucos.

Fœminea. ab adiuncto religionis, appoſitio eſt *loca ſacra* ſacrarium ſeptum, *Deæ fœmineę* periphraſis Bonæ Deæ, quæ ex Macrobie. Eadem erat cum Terra, Fama, Ope, Fauna, Semele, Hecate, Medea *Fonteſque piandos*. aquaſq; ęxpiandas, ſi vir inde bibiſſet. vnde ſequitur, *Sacra retecta* aperta *nullis viris impune* ſine pœna, quia exiſtimabant cæcari eos, qui vidiſſent illa ſacra. vt Appio, & Metello Pontifici contigit. Cic. in Orat. ſupra citata.

Deuia. ab ornatu ædium ſacrarum. *vittæ puniceę* purpureæ, *velabant* tegebant, & ornabant *limina deuia* ſecreta, nempe ædium ſacrarum.

Caſa putris exigua ędicula, vel tugurium ædi additum, *putris* vetuſtate caduca: *luxerat* enallage temporis lucebat: *igne odorato* à lignis, vel herbis, vel aromatis odoratis accenſo & ſuffitum ſignificat.

Populus. Ante fanum ſata erat populus ornatus cauſa, quæ Hærculi gratiſſima erat, ſed tunc fortaſſe nondum ei ſacra erat.

Multaq; ibi etiam multæ aues cantantes erant ob umbræ cōmoditatem. *multa vm-*

bra denſa *tegebat aves* quia illa ſunt frondeæ tecta auium.

Huc ruit. regreſſus a digreſſione. Hercules impotens animi, & ſitis feruor præceps illuc, *congeſto puluere in ſiccam barbam*. quod eſt laboris, & longæ viæ indicium. Cic. 5. Tuſ. *Sol puluis curſus ab Eurota*.

Et iacit. & locutus eſt cum illis puellis humilius, quam Deum decebat, vt facilius impetraret apud eas.

Iecit verba miſit verba, locutus eſt. *minora* minus conuenientia.

Vos precor. Verba Herculis ſuppliciter deprecantis, vt ſibi ſitibondo pandant hoſpitium puellæ ludibundæ Minora ſunt quia precatur, non iubet. *Quę luditis* vt ridere, ita ludere puellarum eſt. vide cap. 5. Syntagmatis de moribus, *Anno ſacro luci*: vt in Syluis anra, ſic & in lucis. Anra vero ſacra ſunt Nymphis, Satyris, & Muſis.

Pandite aperite, recludite, hoſpita Fana, id eſt ædem, & lucum veſtrum ſacrum, hoſpitem. ita legit Scal. Paſſeratio non diſplicet, hoſpita teſca, ſiue teſqua. quæ loca quędam agreſtia ſunt, quæ alicuius Dei ſint, vt hic Bonæ Deæ. ceteræ lectiones corruptæ putantur. *Viris defeſſis* ideo ſitientibus, & eſt enallage numeri pro mihi defeſſo. Eleg. 12. lib. 3.

Parabis galea feſſus Araxis aquam.

Fontis egens vagor, *agens fontis* aquæ metonymia continentis pro re contenta. *Circumque quæro Sonantia* ecclypſis dictionis loca, ſuſurrantia *Lymphis* aquis, ideſt aquam quæro.

ita legendum dicit Scalig. vel ſcircaq; vnde habemus, vnde fit Italicus noſter idioiſmus, cercare alij legunt *circaq;* ſiue *circumque*.

Et caua. Nec vaſculum poſco ad bibendum, *Sat eſt ſuſcepto flumine* pro ſuſceptum flumen, id eſt aqua, haufta vbi eſt hypallage, & metonimia, *manu caua* vicem vaſculi gerente. Calpurnius.

Concauat ille manus, palmaſq; in pocula vertit.

Audiſtis ne. Alio apto epiſodio exaggerat, & nobilitat elegiam, quo ſe notũ Hercules Veſtalibus reddere contendit a fama nominis ſui ob res mirabiliter geſtas, ne putent tanquam purum hominem ab ingreſſu loci arcẽdum, ſe enim Deum declarat. etiã ab omni metu eas liberare nititur ibi. *Sin aliquam. Audiſtiſne* fama alicuius peruenit ad aures veſtras; de aliqua re audiſtis.

Qui ſuſtulit orbem, geſtauit celum. vt Hor. o. 3 l. 3. *Si fractus illabatur orbis*. id eſt ſi celum ruat. Ouid. ep. Deianeiræ.

Quod te laturum eſt celum, prius ipſe tuliſti.
Hercule ſuppoſito ſidere fulſit Atlas.

Apollodorus lib. 2. monitum ait a Prometheo Herculem, ne ad aurea mala proficiſceretur, ſed Atlantem pro ſe mitteret ſuſcepto interea celi pondere: acceptis ab Atlante malis, vt ei onus redderet, finxit ſe ſpei tam velle tantiſper facere, vt celum cõmodius ferret, atq; ita recepto ab Atlante celo diſceſſit. Seruius hanc fabulam explicans ſcribit ab Atlante Herculem didiciſſe aſtrologiã, vnde fingitur vterq; tuliſſe celũ.

Terra recepta purgata, liberata a monſtris, & poteſtate tyrannorum: recipitur enim, quod amiſſum eſt.

Vocat Alcidem. vel appellat Alcidem a virtute, id eſt fortiſſimum, & inuictiſſimum; vel vocat proinuocat tanquam Deum laborantibus auxiliantem. Alcides eſt dictus vel ab Alceo patre Amphitrionis. cuius filius putatus fuit, vel a fortitudine.

Quis non audit vel præſentis temporis, vel præteriti per Syncopā:& ſignificat res ſuas adeo claras & memorabiles eſſe, eſt nulli ignotæ eſſe debeant. *fortia facta clauæ Herculæ* vt ſupra, *labor clauæ* ideſt geſta per clauam Herculis.

Et nunquā ad vaſtas quę nunquā fruſtrata ſunt iaculantem. contra virg.

Tela manu miſeri iactabant irrita Teucri.

Ad vaſta feras non notas, veluti leones, apros &c.

Atq; vni. Ac audit mihi ſoli caliginem inferorū diſcuſſam eſſe immiſſo lumine? Quia deſcendit ad inferos, & eduxit Cerberum. licet hoc per prolepſim a poeta ſit dictum, quia nondum tunc tempo, is Cerberum extraxerat. bene hominum, quia Bacchus iam deſcenderat, & Mercurius, qui homines, non erant. Orpheus deinde, & Amphiaraus poſtea.

Accipite admittite vt hoſpitem, Hæc terra vix patet mihi. Admonet Scaliger hūc verſū eſſe ſuppoſititiū, quia infra legitur, idcirco hic eſſe lacunam relinquendam. *Quod ſi ſi ſacrificare is Iunoni amatæ*, aſperæ mihi, quia

quia nouerca mea eſt, perſequitur, meiſque malis gaudet, at Bonæ Deæ facitis. Ipſa nouerca Iuno non clauſiſſet aquas mihi, non negaſſet aquas, quia hoc immane eſt Quam ait Plaut. audent. hoſtis hoſti commodat. & pronomen *ipſa* emphaſim habet ornat igitur petitionem à facili ratione Bonæ Deæ, & à Turpi, ſi non concedant, quod inimici concedere ſolent.

Sin aliquam. Terrorem amouere à puellis nititur, quæ natura pauidæ ſunt, qui terror à vultu eius, qui erat facie torua acris oculis, & hiſpida barba. ab habitu, qui erat indutus pelle Leonis; qui habebat comam aduſta *ſole lybico*, ardenti, qualis in libia eſt. Lybiã autem peragrauit, cum Antæum pera interfecit, & aurea mala decepſit.

Idem ego licet videatur horribilis, tamen dicit ſolitum eſſe verſari cum puellis familiariter, & illis inſeruire officijs, & habitu puellari. Feci ſeruilia officia inter ancillas feci miniſteria ſeruilia *palla ſidonia* vi veſte purpurea. *Et feci penſa diurna* neui colo lyda, tanquam Omphales, quæ Lydorum regina fuit, cui ſeruiens Hercules nebat, & quotidie vt heræ ſuæ tot penſa reddebat. Deianira apud Ouid.

Craſſaq; robuſto deducis pollice fila,

Aequaq; formoſæ penſa rependis heræ.

Mollis & faſcia. fœminea puellaris purpurea faſciola, quæ virginalem tumorem cohibet papillarum. non ſtrophium appellat. cepit, continuit incluſit *pectus hirſutum*, robuſtum piloſum, quod fortitudinis indiciũ eſt.

Et

Et fui apta puella manibus duris . id eſt habilis miniſterio & conueniens puellari, manibus licet duris, calloris, cum teneræ ſint puellarũ manus.

Talibus Alcides. Ecclypſis verbi locutus eſt & poeta tranſit ab Hercule ad Sacerdotem Bonæ Deæ, & reſpondentem eam inducit, ac monentem ne vellit polluere cærimonias Deæ ingreſſu virili deſcribitur ab adiunctis, *alma ſancta vincta comas canas* græca conſtructio habens comas ſeniles iunctas, colligatas, *ſtamine* puniceo vitta ex ſtamine, ſiue filo purpureo, & eſt metonymia materiæ pro re effecta ex ea.

Parce oculis. Hortatur Sacerdos Herculem, vt abſtineat a conſpectu ſacrorum; tum vt recedat à loco metuendo *lucoq; abſcede verendo*: vt apud Virg. in *6*.

procul, o procul eſſe profani,
Conclamat vates, totoq; abſiſt te luco.

Cede recede, diſcede: *& linqua limina fuga tuta* per eandem ſententiam protulit. vt rem periculoſam ei eſſe ſignificet, & citius fugam ſuadeat. periclum tetigit dictione illa, *tuta* nam ibi manere tutum non erat opinio enim illius religionis erat: illum virum oculos perditurum, qui ferens ſacra illa perſpiceret

Interdicta viris. ratio, ſiue expolitio: nam *ara interdicta viris*, prohibita, *piatur* expiatur ſi polluta, violataque eſt; *lege metuenda* conditione, & pacto horribili: vt ex Aſinaria plauti. *Si quis vir aſpexerit, cæcus continuo ſiet*. Quæ ara vindicat ſe, liberat, tutatur. ſe, ſcilicet a commertio virorum *caſa ſummota* per ædiculam

iam remotam, & ſeiunctam.

Magnam. Ab exemplo probat áſpectum Deæ eſſe viris exitialem. Tireſias enim, cũ Pallada nudato corpore ſe lauantem in vndis aſpexiſſet, dedit pœnas. Nam ab ea dẽ luminibus orbatus fuit, hoc prius a Callimaco dictum fuit, quem ex latinis tantum Propertius eſt ſecutus. Nã alij a Iunone irata obcęcatum fuiſſe narrant. Hunc apud inferos ſolum ſapientem eſſe Homerus dicit, & Propertius vatem appellat. *Magnam* alij legunt magno, ideſt cum ingenti ſuo malo, & damno.

Fortia membra Callimachus dixit *inuictum corpus*, vt erat Dea belli *Poſita Gorgone* depoſita Aegidæ, exutiſq; armis.

Dij tibi, precatur Sacerdos Herculi alias aquas, quia illa ſolis virginibus inſeruiebat.

Fluit puellis in vſum manat puellarum: auia extra viam poſita, & in receſſu: *limitis ſecreti* riui, aluei remoti, & abditi.

Sic Anus locuta eſt. *Ille concuſſit poſtes opacos humeris*, labefactauit impulit, & euertit: *poſtes opacos* portas ombroſas: *humeris* ita ex Ouidio oſtium Caci euertit, vide ſupra Ouidij verſus.

Nec tulit. Ianua reſiſtere non potuit, *ſitim iratam* irati Herculis. vt ſupra (ita diruit fores) Caci: vt enim famelici, & ieiuni iracundiores ſunt, ita & ſiticuloſi: Virgil. Aen 9:

Ille aſper, & improbus ira.
Sauit in abſentes, collecta fatigat edendi
Ex longo rabies, & ſicca ſanguine fauces:

At.

At poſtquam. poſt ſedatã ſitim epoto fonte Hercules Aram maximã in eo loco, qui eſt proximus foro boario ſtruxit: ad quam decumas bouum ipſimet obtulit, dixitq; illos vitam beatiſſimam victuros, qui ſibi bonorum decumam obtuliſſent, & ab hac mulieres ſequeſtrari voluit, vt dictum eſt.

Vicerat æſtum domuerat metaphora, ſedauerat & reſtinxerat ſitim per metonymiam præcedentis pro ſequenti, nam æſtum ſequitur ſitis. contra virgil. ſitim pro calore poſuit 4. Aen. *Hinc deſerta ſiti regio.* & Eccl. 1.

Sitientes ibimus Afros. *exhauſto flumine* Synecdoche totius pro parte, exhauſta aqua.

Vix ſiccis labris a potu ſtatim: nam illico areſcunt labra. & bene *vix* nam ira eſt ſtudium vindictæ moræ impatiens. *ponit iura triſtia* ſtatuit iura ſeuera, & dura mulieribus quæ erant, vt prohiberentur accedere ad Aram ſuam maximam.

Angulus hic. loquitur Hercules. Hæc, inquit mundi pars accipit me, vt hoſpitem, *mea fata trahentem* vitam vix agentem fato conſtitutam: non ducentem dixit, ſed trahentem, quam mihi fata ærumnoſam dederunt. & mirè, nam fata volentem ducunt, nolentem trahunt. Virg 2. Aen.

Afflictus vitã in tenebris, luctuq; trahebam.

Hæc feſſo. explicatus eſt ſupra hic verſus.

Maxima quæ. Amiſſis bobus vouerat Hercules, ſi inueniſſet ſe aram ſtructurum, inuen-

inuentis,& recuperatis votum ſoluit. *Quę denota eſt repertis greg bus* quam deuoueram, ſi reperiſſem. vel *deuota eſt* erecta eſt poſito antecedenti pro ſequenti, vt ſupra eſtum pro ſiti. *per has manus facta* meis manibus erecta. Virg. 8. Aen. de hac Ara

Hanc aram luco ſtatuit, quę maxima ſemper
Dicenus nobis, & erit quę maxima ſemper.

Ibi Ser. addit prædictum fuiſſe Herculi ab Apolline fore, vt in Italia deus coleretur, videatur Liu. l. 1. Macrob. l. 3. c. 6. fatur [ouid. 1. Faſt. de Her.

Immolet ex illis Taurum tibi Iuppiter vnum
Victor & Euandrum, ruricolaſq; vocat.
Conſtituitq; ſibi quę maxima dicitur, aram,
Hic vbi pars vrbis de boue nomen habet.

Gregibus duplex tropus ſynecdoche numeri pro grege, & ſpeciei pro ſpecie, pro armẽto, & erant quatuor iuuenci, & totidem iuuenci ex Virg.

Hæc nullis. Hinc Aram interdictam eſſe omnibus fœminis ſtatuit. & hoc eſt, quod ſupra dixit, *ponit triſtia iura Ara veneranda* veneratione digna.

Herculis. ratio, ne ſit impune mulieribus, quod ſitienti Herculi aquam negauerunt. *Eximij* inſigni virtute ornati. licet interdum de ſe magnifice loqui aduerſus ignorãtes, inquit Brut. Ciceroni e. 16 videatur Seruius in illud Virg. *Sum pius Aeneas* eu.

Sancte pater. peroratio elegiæ eſt per apoſtrophem ad Herculem tanquam ad Deum, qua implorat eius auxilium pro hoc ſuo libello. & non temere, vt prædiximus. *Pater*

Epi-

Epitheton deorum omnium honoris cauſa. *Salue* ſaluere Deos iubebant; ob venerationem, non vt bene valerent. Virg. de Her. *Salue vera Iouis proles* cui iam Iuno benigna, & æqua eſt olim aſpera cauſam dicit Sen. in Octauia *Deus alcides poſſidet Heben.*
Nec Iunonis iam timet iras, cuius gener eſt,
Qui fuit hoſtis.

Ineſſe dexter adeſſe propitius, fautor tanquã Muſę Calliopes ſocius. alij legunt adeſſe pro ineſſe.

Hunc quoniam. Hoc diſthicõ præcedere debet antecedens, vt admonet paſſer. *Hunc* Herculem, *cures* Tatiæ, in quibus Tatius regnauit, & eſt metonymia continentis pro contẽtis, ideſt Sabini, quorum ciuitas eſt Cures, *compoſuere ſanctum* condidere, & conſtruere ædem Herculi Sancto, & id ei poſuere nomẽ *compoſuere* pro potuere protheſis eſt. id eſt Aræ illi inſcripſerunt *Herculi ſancto*. apud Aldum de ortographia legitur vetus hæc inſcriptio. *Sanctiſſimo Herculi inuicto.*

Quoniã ratio cur ita eũ appellauerint, quia *ſanxerat orbem purgatum manibus*, ideſt sãxerat & purguerat orbem à monſtris, & tyrannis. *manibus* vi, ac virtute. præmiſſis igitur exduobus verſibus, quib. probatur, ſanctũ fuiſſe appellatũ Herculem, bene ſequẽtur ſuperiores duo, quib. vt ſanctus inuocatur & tãgit poeta hiſtoriã ab Ou. in 6. Faſt. relatum, Sabinos quorum rex Tatius fuit, in monte Quirinali Aedem Herculi conſtituiſſe deo Trinomio, quẽ Sanctũ, Fidium, & Semipatrẽ appellãt, qui Hercules eſſe intelligitur ex Varrone.

Ele-

Elegiæ VI. Selectarum Propertij.

Argumentum.

IN hac Elegia hiſtoria de Ioue Feretriō eleganter narratur: quæ eſt Romulum primū Romanorū regē, cū obtrūcaſſet in prælio Acronē Cininenſiū regē, eius ſpolia inferculo geſtantem in Capitolium aſcēdiſſe, ibi tēplū Ioui edificaſſe, quē Feretriū cognominauit, & ſpolia regia, quæ opima ſūt dicta, quod Regibus, ducibuſue hoſtium fuerint detracta in eo collocauit poeta igitur explicat, quot fuerint Romani duces, qui huiuſmodi ſpolia ſuſpenderint, ac vnde Iupiter Feretrius ſit dictus.

Elegia.

Nunc Iouis incipiam cauſas aperire Feretri,
Armaq; de ducibus trina recepta tribus.
Magnum iter aſcendo, ſed dat mihi gloria vires,
Non iuuat ex facili lecta corona iugo.
Imbuis exemplum primæ tu Romule palmæ
Huius, & exuuijs plenus ab hoſte v lis,
Tempore, quo portas Ceninum Acrona petentem
Victor in euerſum cuſpide fundis equum.
Acron Herculeus Cenina ductor ab arce.
Roma tuis, quondam finibus horror erat.
Hic ſpolia ex humeris auſus ſperare Quirini
Ipſe dedit, ſed non ſanguine ſicca ſuo.
Hunc videt ante cauas vibrantem ſpicula turres
Romulus, & votis occupat ante ratis.

Iup-

Iuppiter hac hodie tibi victima corruet Acron,
Vouerat, & ſpolium corruit ille Ioui.
Vrbis, virtutiſq; parens ſic vincere ſueuit,
Qui tulit aprico frigida caſtra lare.
Idem eques, & frenis, idem fuit aptus aratris
Et galea hirſuta compta lupina iuba,
Picta nec inducto fulgebat parma pyropo.
Præbebant cæſi baltea lenta boues.
Coſſus & inſequitur Veventis cæde Tolumni,
Vincere cum Veios poſſe laboris erat.
Nec dum vltra Tiberim belli ſonus; vltima præda
Nomentum, & captæ iugera terna Coræ,
Et Veij veteres, & Volſcum regna fuiſtis,
Et veſtro poſita eſt aurea ſella foro.
Nunc intra muros paſtoris buccina lenti
Cantat, & in veſtris oſſibus arua metunt.
Forte ſuper porta dux Veius aſtitit arcem,
Colloquiumq; ſua fretus ab vrbe dedit.
Dumq; arces murum cornu quaſſaba aheno,
Vineaq; inductum longa tegebat opus,
Coſſus ait: forti melius concurrere campo.
Nec mora fit, plano ſiſtit vterq; gradu.
Dij Latias iuuere manus: deſecta Tolumni
Ceruix, Romanos ſanguine lauit equos.
Claudius at Rheno traiectos arcuit hoſtes,
Belgica cum vaſti parma velata ducis
Virdomari. genus hic Rheno iactabat ab ipſo,
Nobilis erectis fundere gæſa rotis.
Illi virgatis iaculantis ab agmine brachis
Torquis ab inciſa decidit vnca gula.
Nunc ſpolia in templo tria condita: cauſa Feretri
Omine quod certo dux ferit enſe ducem.
Seu quia victa ſuis humeris hæc arma ferebant,
Hinc Feretr. dicta eſt ara ſuperba Iouis.

Arti-

Artificium.

IN graui materia, & heroico Vate digna verſatur hæc Elegia, qualis eſt de victorijs ac Regibus, & Imperatoribus reportatis, quod & poeta innuit per verbũ *incipiam* incipere enim eſt magnorum operum. Hinc Virg Geor.1.

Hinc canere incipiam.

Quæ vero materia tractari poſſit, & quomodo, videatur ſyntagma noſtrũ de lyrico poemate cap 23 de nar.

Duæ ſunt huius Elegiæ partes, propoſitio rerum cantandarum per diuiſionem facta, duo enim proponuntur, quorum alterũ eſt, vnde dictus ſit Iupiter Feretrius *Nunc Iouis.* alterum de ducibus, qui ſpoliá opima retulerunt: *Armaq;* Deinde ſequitur narratio, *tribus exemplum*, in qua peruertit ordinem rerũ propoſitarum, cum prius de ducibus agat, quam de cognomine Feretrij Iouis. Quod etiam Virg ſeruauit in 1. Aen. Qui cum duo propoſuiſſet *Arma virumq;* prius deinde de viro, quam de armis narrauit.

Nunc. ideſt poſt multa iam decantata, modo *incipiam aperire* explicare ab origine, *cauſas* varias nominis rationes *Iouis Feretri* vnde dictus ſit Iupiter Feretrius. *Feretri* apocope eſt.

Armaque trina recepta de tribus hoſtibus recepta propheſis eſt, pro capta de Arone à Romulo, de Tolũnio Hetruſco à Cornelio Coſſo, de Virdomaro Gallorum rege à Marcello.

Ma-

Magnum iter aſcendo. ad attentionem rem à magnitudine,& difficultate per allegoriã extollit: id eſt magnum argumentum,& heroico carmini magis, quam elegiaco conueniens aggredior.

Dat mihi. qua ope confiſus hoc faciat, hic dicit, nempe gloriæ, cuius virtus eſt adiuuare,& augere vires ingenij vnde Ouid.e.13. lib.5 Triſt.

Den q; non paruas animo dat gloria vires,
Et facunda facit pectora laudis amor.

Idem.

Ardua per præceps gloria vad t iter.

Non iuuat. ratio à iucundo per contrarium nam veluti præmia parta ſine labore,& difficultate ingrata ſunt, ſic contra, quæ cum labore conſequimur,& ſudore grauiſſima. Hor. e.1. *cui ſpes,*

Cui ſit conditio dulcis ſine puluere palma?

Corona lecta decepta, *e iugo facili*, e ſilua in iugo,& vertice, quo facile ceditur. & hic pariter allegoria eſt. quę grauem ſententiam efficit

Imbuis. Obſeruetur ratio narrandi apud lyricos, non incipit ab initio facti, vt hiſtoricas facit,ſed ab euentu, hoc eſt à victoria, & ab exuuijs,non plene,& copioſe,vt facit epicus,ſed per ſumma rerum capita, & acute narrat. primum explicat Romuli exemplum. Quod hiſtorice ita ſe habet præſertim ex Liuio. Cicinenſis duce Arnone rege impetum in agrum Romanum fecerunt ob captas virgines. Quibus fit obuiam Romulus cum exercitu,& hoſtes fugat: regem ipsũ

Acro-

Acronem obtruncat, armis ſpoliat, vrbem illorum capit poſtremo triumphans opima ſpolià obtruncati Ioui Feretrio in Capitolio cōſtructo templo conſecrauit. poetice vero ita pingit. Apoſtrophem facit ad Romulū. *Tu Romule* metaphoram in actu poſitam adhibet *imbuis exemplum huius primæ palmę* ideſt inſtituis, & doces poſteros, quid ſit faciendum ducibus Romanis aduerſus duces hoſtium. & translatio à vaſis ſumpta eſt, quæ recentia liquoribus imbuuntur. idem Romulus apud Liuium ita loquitur. Me auctorem ſequentes poſteri ferent ſpolia ſcilicet opima in Aedē tuā Iupiter. opima dicebantur, quod regib. ducibuſque hoſtium fuerint detracta. *Huius primæ palmæ* victoriæ, per metonymiam ſigni pro re *plenis exuuijs*, opimis ſpolijs; *ab hoſte* ſcilicet Acrone, rege deuicto, & obtruncato.

. *Tempore quo* narratio facti, hoc eſt necis Acronis, per adiuncta eiuſdem, & facti quibus augetur laus Romuli *Quo tempore* qua tempeſtate *tu victor* ſuperior, uoti compos *fudis* ſternis Acrona Ceninum, ex cenino opide, *cuſp de* haſta per ſynecdochen partis pro toto petentem portas accedentem ad ipſa vrbis mœnia; in equum uerſum reſupinatum. maximus ille ictus fuit, quo & regem proſtrauit, & equum reſupinauit.

Acron Herculeus Sequitur Acronis deſcriptio ad amplificandam Romuli fortitudinem, & gloriam ſpectans. nam ex victi præſtantia victoris uirtus nobilior apparet Ita etiam Turnum Virg. commendauit ad maiorem

Aeneæ

Aeneæ victoris commendationem. Adiuncta à quibus commendatur, ſunt, à genere; Herculeus, de gente Herculis; niſi pro fortiſſimo accipiatur per metonymiam: ab officio, ductor, dux, imperator. Virg. Troiugenû ductor. & delegit verbum graue pro materia Rhet. l.3.c.5. A patria, ſiue a regno; ab arce Cenina. a metu, quem olim Romanis intulit: adhibitis metonymia ſubiecti pro adiuncto, & apoſtrophe. *Roma erat horror tuis finib.* A b auſis magnis: Hic auſus ſperare ſpolia ex humeris Quirini: id eſt arma Romuli per periphraſim. nam ex Feſto arma propriè dicuntur ab armis, id eſt humeris dependentia; vt ſcutum, gladius, pugio, ſica, & ea quibus prope pugnatur, ſicut tela, quibus procul.

Ipſe dedit: A cron ſua virtute ſperabat ſe poſſe Romulum obtruncare, & ſpoliare, ſed ipſe fuit à Romulo victus, & ſpoliatus, & ita dedit illi ſua ſpolia ſuomet ſanguine madētia. *Non ſanguine ſicca* non incruenta. Dat ſpolia victus, etiam ſi eripiantur, vt etiam dare pœnas dicitur, a quo inuito exiguntur. non igitur dare eſt ſemper voluntatis.

Hunc videt: notat locum, vbi erat Acron, & quid ageret cum interfectus fuit: *vibrātē ſpicula*, torquentē haſtilia, & iacula. *ante cauas turres*, ante vrbem exultantem, & iaculantem. Turres cauæ dicuntur, quæ intus vacant capiendis propugnatoribus.

Et votis: quid Romulus tūc egerit, oſtendit *Ante occupat* præoccupat, præmittit vota rata, id eſt futura rata & firma, ante quā aggrediatur hoſtem.

Iuppiter hac, hoc eſt votum Romuli Ioui factum; *Acron corruet victima tibi* ſacrificabo tibi Acronem; victima vt ait Seruius, eſt, ſacrificium, quod poſt victoriã fit, vt hoſtia quod ab ijs, qui in hoſtem pergunt.

Vouerat & ſpolium, ſtatim vouit, & ſtatim voti cõpos factus eſt Acrone occiſo. *Spoliũ Ioui*. quia ei cæſo detracta ſunt ſpolia opima, quæ Ioui dicauit. ſpolium quia & vita, & armis fuit ſpoliatur; ergo & victima, & ſpolium.

Vrbis, virtutiſq; epiphonemate bene Romuli factum claudit, per breue elogium eiuſdẽ. laus eſt, quia parens vrbis, & virtutis appellatur, id eſt conſtructor, & inſtitutor, inſtitutor, quia imbuit cæteros exemplo ſuo ad virtutem ita hoſtes vincere ſuetus.

Qui tulit ſenſus eſt; cum ei apricus lar, ac tepida domus eſſe poſſet in vrbe tamen frigida caſtra, vt quæ ſub dio ſint, militiamque tolerauit. Hor o. 2 l. 3. Vitamque ſub dio, & trepidis agat in rebus Si *lari* legitur: ſenſus eſt, *tulit* per aferesim prætulit frigida caſtra lari aprico, id eſt maluit frigus militia pati, quam otioſe in lare aprico degere.

Idem eques laudatur à militari diſciplina, & ab agricultura. Dum dicit eundem Equitem, id eſt Equum fuiſſe ei aptum & frenis, hoc eſt militiæ, in qua frenis regitur equus, & aratris, id eſt agriculturæ. nam equus ex Virg & aratro, & bello eſt natus. Vide Virg. l. 1. Aen ibi *Iactari vndis, & turbine pæni*. &c. & in 3. ibi. *Bellum ò terra hoſpita portas*. eu. Eques pro equo legitur apud eundem Vir. 3. Georg.

Georg. contra equus pro equite prop. lib. 4. eleg. 3.

Et galea. quibus inſignijs gauderet Romu lus in bellio verſans oſtendit poeta. nempe galea lupina pelle ornata, vel contexa, vt à lupa nutritus, parma rudi, balteo ex corio bo uis. Quæ poeticè ita explicat. *Et galea lupina* ex lupæ pelle confecta, *compta iuba hirſuta* or- nata in apice, & conoſetis equinis, ideo hir- ſuta. ſuple apta ei fuit *Nec parma p ela pyropo ſuper inducto fulgebat ei* non pioris, & radian- tibus, vtebatur. & per pyropum hic intelli- git Paſſeratius es, quod flammas imiretur, ita dictum ex Iſidoro c 19 l. 16. & falli putat putantes pyropum eſſe carbunculum, & non metallum ex Ouid 2. Metam. *Flammaſque imi tante pyropo & hic dictio inducto* confirmat, id eſt illito, parmę addito. Balteo e corio bo- uis vtebatur. Balteus maſculino genere in ſingulari, & neutro etiam in plura, eſt milita- re cingulum, ita dictum, quod ex eo ſigna de pendent ad demonſtrandam legionis milita ris ſummam, id eſt ſex millium ſexcento. ū, ex quo numero & ip ſi conſiſtūt. Iſid. l. 19 l. 33. *lenta baltea* flexibilia, facilia.

Coſſus at. poſt Romulum A. Cor. Coſſus ſe- quutus eſt, qui pariter cæſo in prælio Larte Tolumnio Veientium rege ſpolia opima Io- ui Feretrio obtulit. Cauſa belli fuit. Fide- nates Colonia populi Romani ad Lartem To lumnium defecerunt, & mox legatos pop. Romani interfecerunt. Romani vt illam iniuriam vlciſcerentur bellum cum Fidena- tibus, Veientibuſque Hetruſcorum populis

ſumpſerunt. Initum eſt atrox vtrinque certamen; in quo Coſſus tribunus militum, cũ cognouiſſet Tolumnium regio habitu inſignem tota acie volitantem infeſta cuſpide in illũ concitauit Equum, quem victum ex equo deiectum interfecit, ſpoliæ detraxit, caputque abſciſſum victor ſpiculo gerens hoſtes fudit. Spolia opima in templo Iouis Feretrij prope Romuli ſpolia ſolemni dedicatione fixit. De Coſſo legatur Liuius lib. 4 Val. Max. c. 2. l. 3. & Seruius in illud Virgil. *Quis te magne Caio tacitum, aut te Coſſe relinquet* ? poetice vero ita res narratur proponit exitũ rei, vt etiã in ſuperiori exemplo. *At Coſſus inſequitur*, ſequitur per afferesim proximus huic Romulo, in offerendis ſpolijs opimis Ioui Feretrio *le de Tolumnij Vrientis* cæſo Larte Tolumnio Veientium rege. *V erat*: amplificat factum ad maiorem Coſſi laudem à difficultate, difficilia namq; glorioſiora ſunt. erat laboris erat difficultatis. *Nec dum* ratio à tenuitate viriũ Romanorum, & magnitudine virium, & opũ hoſtium Romani nundum extra Tiberim bellum geſſerant *belli ſonus*, tubæ clangor, claſſicum per metonymiam adiuncti: & Romani prædatũ euntes non præteribant nomentum, quod Latij oppidum erat, vt etiam Cora. *Iugera pauca* vel ſolum Coræ paucorum iugerũ, id eſt tenue, paruum: vel pauca iugera eius militibus quibuſdam aſſignata, alij tamẽ legunt terna, alij trita, non capta.

Et Veij à potentia aduerſariorum. *veteres* vel nobiles, vel diuites, & potentes. *Tum regna fuiſtis* ita legit Beroaldus, & Lypſius, & eſt

expo-

expoſitio,id eſt ita diuites,vt regna ſunt. alij legunt *præda fuiſtis* id eſt de vobis rapta sũt ſpolia,ac partus triumphus. magis ad rem facit ſuperior lectio.

Et veſtris diuitiarum amplificatio.dicit .n. tantum olim fuiſſe Veientani nominis æſtimationẽ, vt in aurea ſella magiſtratus ius in foro diceret. Aelianus in aurea ſella ſedentẽ dixiſſe ius Alexãdrũ ait notãs eius ſuperbiã.

Nunc e ſumma felicitate in ſummam miſeriam,imo ad nihilum redactos dicit adeo,vt agricolario exerceatur vbi ſepulta erant eorum cadauera. & hoc breuiſſime narrat poſitus duabus conſecutis reb.pro omnib. antecedentib.quæ ſunt in ea vrbe paſtorẽ lentũ, ideſt otioſum,& ſicurum ibi buccina canere & arua meti,ideſt ſegetes,& fruges. ita Ouid.in epiſt.Penel. ad Vliſſem.

Nunc ſeges,vbi troia fuit,reſecandaq; falce,
Luxuriat phrygio ſanguine pinguis humus.

Ita longas narrationes abſorbent præſertim lyrici.

Forte:narratiuncula prælij inter Coſſum,& Tolumniũ ſecuti eſt,nõ quidẽ ex hiſtorica veritate,ſed ex veriſimilitudine,quã ſequuntur poetæ,vt diximus in ſyntagmate ca. 23. *Dux Veius* periphraſis Tolumnij,*aſtitit* ſtetit, *ſuper arcẽ porta* nẽpe vrbis ſuæ. nã porta eſt pars murorum munitiſſima;& arces plerumque in portis videntur. *Fretus ab vrbe ſua* ciuiũ ſuorum præſidio,& armis confiſus, *dedit colloquiũ* poteſtatem fecit Coſſo colloquendi.

Dumque aries. Dum Romani machinis muralibus muros vrbis percutiebant, ac

pugnabant ſui vineis: Coſſus Tolumnium prouocat ad ſingulare certamen: & accepta prouocatione, Coſſus deorum auxilio Tolũnium obtruncauit, ſpoliauit, & opima ſpolia Ioui Feretrio tulit.

Aries pulſat Iſidorus ait Arietem eſſe validæ, ac nodoſæ arboris caput ferro veſtitum, quod cum impetu inpingitur in murum in modum Arietum pugnantium, vnde hoc nomen eſt ſortitum. & poeta aheno cornu pro ferreo hic dicit. hinc arietare verbum pro pulſare. Virg. *Arietat in portus, & duros obijce poſtes*. Epeum ferunt inueniſſe Equum machinam ad Troiam qui nunc Aries fertur, vnde fabula de equo Troiano.

Vineaque Hæc pariter machina bellica eſt, ſub qua milites præliabantur. deſcribitur à Vegetio l. 4. c. 15. Paſſeratius putat cuniculũ hic deſcribi, qui eſt via ſub terra occulta ad ſuffodiendas vrbes, vulgo mina. *tegebat* tuebatur, dum penetrant ad ſubuertenda murorum fundamenta, quod *opus* hic dicit, nempe militare, *inductum* ad muros Deiorum ſub *vinea longa* quia plures iungebantur in ordinem.

Forti melius. Honeſtius eſt viro forti in planiciem deſcendere quam fidere mœnibus; & arci: ita inquit, ſi vir fortis es, in æquum veni, & planum. Virgil. De Teucris.

Teucrum miratur inertia corda
Non æquo dare ſe campo, non obuia ferre
Arma viros, ſed caſtra fouere.

Vterque ſiſtit gradum. adeſt, ſtat paratus ad

ad pugnam *plano gradu* in plano, & æquo loco. & eſt expolitio ſuperioris loci: *concurrere campo.*

Dij Latias manus. ideſt Coſſi Romani Tribuni manus direxerunt. Coſſo auxiliati ſunt.

Delecta penitus ſecta,& abſciſſa,id eſt obtruncatus fuit Tolumnius. Cic.phil.11.caput ceruicibus abſcidit.

Lauit amplificatio, ſanguinis effuſi: non reſperſit, ſed lauit omnino inquinauit.

Equos Romanos. Coſſi Romani,enallage numeri:vel equos inquit Paſſeratius, quod quadrigis victum Coſſum fingat poeta, vel vicinorum equitum ſpectantium pugnam.

Claudius. Tertium exemplum M. Claud. Marcelli,qui opima ſpolia Ioui Feretrio ſacrauit. Val Max.l.3.c.2. Hic in bello Gallico apud Claſtidium congreſſus eſt cum Viridomaro Gallorum Rege, quem Plutar. Britomarchum appellat, & haſta per foſſum reſupinat,& bis,terq; vulnere repetitum exanimat ſpoliatque mox fuſis,profligatiſq; hoſtibus Mediolanum capit: victorque curru triumphali vrbem inuectus tertia opima ſpolia Ioui Feretrio conſacrauit.Hæc Beroaldus poeta ita explicat.

Claudius arsuit repulit hoſtes *traiectos* tranſmiſſos ſcilicet Rhenum à Rheno Paſſeratius vellet legere *ab eridano* nõ à Rheno,vt etiam infra.

Iactabat genus. inaniter gloriabatur Rhenum eſſe auctorem ſui generis. Nam fluuij dij habebantur, magnumque videbatur eo-

rum filios dici, Virgil.
Fatidicæ Manthus, & Thuſci filius amnis.

Nobilis fundere: laus aperitia iaculandi geſa, ideſt haſtas militares, & viriles ex Seruio in illud Virg.
Duo quiſq; Alpina coruſcat Geſa manu.
vnde etiam à fortitudine laus. *nobilis fundere* græciſmus eſt, ideſt inſignis, & maxima celebritate in fundendis iaculis, & haſtis. Idē dixit, ſerus verſare audax imponere, cupidus attingere &c.

Erectis rotis alto, & ſublimi curru: vt Eſſedarij Britannici e curru pugnabant: vel *e rectis rotis* e curru erecto, & ſublimi; rotæ pro curru ſynecdoche eſt.

Illi iurgans obtruncatum Virdomarum dicit à Marcello in certamine. Ordo eſt, *torquis vnca* ideſt ex vncinato, inflexoque auro facta, conſertaque hamis, vt loquitur Virgil. *Iaculantis ab agmine decidit ab inciſa gula* à defecta anteriore parte colli, & proxima iugulo: vt ſupra *defecta ceruix*. *Illi Virdomaro ideſt tecto brachis virgatis ab inguine*. Si ita legis, & non ab agmine, id eſt cui virgatæ brachæ erant, ideſt, in interpretatur ſeruius purpureis, quod Galli purpuram virgam dicerent. Beroaldus brachas veſtes intonſas, varijque coloris fuiſſe dicit, vnde Gallia brachata dicta fuit, alij aliter ſentiunt.

Nunc ſpolia; tranſitio eſt à ſpolijs opimis, ad cauſas nominis Iouis Feretrij. poeta duas dat rationes, cur Iupiter Feretrius, & templum ſuum dicatur: prior, quòd dux du-

cem,

cem feriat, *omine certo* rato, Beroaldus exponit *omine* augurio: altera, quod victores duces ferrent ſuis humeris eorum arma, id eſt opima ſpolia, quos vicerant, vnde & Liuius de Romulo ſpolia ducis hoſtium ſuſpenſa fabricato ad id apte ferculo gerens in Capitolium aſcendit. Hanc Scal. vnicam eſſe dicit citans Val Flaccum. Alij alias adducunt rationes, vt plutarchus, & Feſtus.

Hinc Feretri: Hæc pariter, ethymologia aræ, & Templi Feretrij Iouis, quæ ſuperba, hoc eſt potens, & opulenta dicta eſt. Feretri apocope pro Feretrij.

Elegiæ VII. Selectarum Propertij.

Argumentum.

IN hac Elegia inducitur à poeta Cornelia Scriboniæ filia, iam vita functa leuiter obiurgans, vel potius monens Paulum Aemilium coniugem ſuum, vt doloribus, & lamentationibus ſuperſedeat; quòd nihil proſint: tum cauſam ſuam apud Iudices inferos agens, ac probans ſe dignam morum beneficio, vitæque bene actę fœmineo triumpho, & quæ in numero heroicarum fœminarum in Celo collocetur.

Elegia.

Deſine Paule meum lacrymis vrgere ſepulcrum.
Panditur ad nullos ianua nigra preces.
Cum ſemel infernas intrarunt funera leges,
Non exorato ſtant adamante viæ.
Te licet orantem fuſci deus audiat aula,
Nempe tuas lacrymas littora ſurda bibent.
Vota mouent ſuperos. vbi portitor æra recepit,
Obſerat vmbroſos lurida porta rogos.
Sic meſtæ cecinere tubæ cum ſubdita noſtrum
Detraheret lecto fax inimica caput.
Quid mihi coniugium Pauli? quid currus auorum
Profuit? aut famæ pignora tanta meæ?
Num minus immites habui Cornelia parcas?
En ſum, quod digitis quinq; leuatur onus.
Damnatæ noctes & vos vada lenta paludes,
Et quæcumq; meos implicat vnda pedes,
Immatura licet, tamen huc non noxia veni.
Det pater hic vmbræ mollia iura meæ;
Aut ſi quis poſita iudex ſedet Aeacus vrna,
In mea ſortita iudicet oſſa pila.
Aſſideant fratres iuxta Minoia ſella, &
Eumenidum intento turba ſeuera foro.
Siſyphe mole vaces, taceant Ixionis orbes,
Fallax Tantaleo corripiare liquor.
Cerberus & nullas hodie petat improbus vmbras,
Et iaceat tacita lapſa catena ſera.
Ipſa loquor pro me. ſi fallo pœna ſororum
Infelix humero vrgeat vrna meos.
Si cui fama fuit per auita trophæa decori,
Vera Numantinos regna loquuntur auos.
Altera maternos exæquat turba Lybones,

Et

Et domus eſt titulis vtraq; fulta ſuis.
Mox vbi iam facibus ceſſit prætexta maritis,
Vinxit & acceptas altera vitta comas:
Iungor Paulo tuo ſic diſceſſura cubili?
In lapide hoc vni nupta fuiſſe legar.
Teſtor maiorum cineres tibi Roma colendos,
Sub quorum titulis Africa tonſa iaces,
Et Perſem proaui ſimulantem pectus Achillis
Quiq; tuas proauus fregit Achille domos;
Me neq; cenſuræ legem molliſſe, nec vlla
Labe mea noſtros erubuiſſe ſocos.
Non fuit exuuijs tantis Cornelia damnum.
Quin & erat magnæ pars imitanda domus.
Nec mea mutata eſt ætas, ſine crimine tota eſt,
Vix mus inſignes inter vtramq; facem.
Mi natura dedit leges à ſanguine ductas,
Ne poſſim melior iudicis eſſe metu.
Qualibet auſteras de me ferat vrna tabellas,
Turpior aſſeſſu non erit vlla meo:
Vel tu quæ tardam mouiſti fune Cybellam.
Claudia turritæ rara miniſtra deæ;
Vel cui commiſſos cum Veſta repoſceret ignes,
Exhibuit viuos carbaſus alba focos.
Nec te dulce caput mater Scribonia laſi.
In me mutatum quid, niſi fata velis?
Maternis laudor lacrymis, vrbiſq; querelis,
Defleta & gemitu Cæſaris oſſa mea.
Ille ſua nata dignam v x ſſe ſororem
Increpat, & lacrymas vid mus ire deo.
Et tamen emerui generoſos veſtis honores,
Nec mea de ſterili facta rapina domo.
Te Lepide, & te Paule meum poſt fata leuamen
Condita ſunt veſtro lumina noſtra ſinu.
Vidimus & fratrem ſellam geminaſſe curulem,

Conſule quo facto tempore rapta ſoror.
Filia tu ſpecimen cenſuræ nata paterna,
Fac teneas vnum nos imitata virum.
Et ſerie fulcite genus mihi cymba volenti
Soluitur auctoris tot mea fata malis.
Hec eſt fœminei merces extrema triumphi:
Laudat vbi emeritum libera fama rogum:
Nec tibi commendo communia pignora natos:
Hæc cura & cineri ſpirat inuſta meo.
Fungere maternis vicibus pater, illa meorum
Omnis erit collo turba ferenda tuo.
Oſcula cum dederis tua flentibus, adijce matris.
Tota domus cœpit nunc onus eſſe tuum.
Et ſi quid doliturus eris, ſine teſtibus illis,
Cum venient ſiccis oſcula falle genis.
Sat tibi ſint noctes, quas de me Paule fatiges,
Somniaq; in faciem credita ſæpe meam.
Atq; vbi ſecreto noſtra ad ſimulacra loqueris.
Vt reſponſura ſingula verba iace.
Seu tamen aduerſum mutarit ianua lectum,
Sederit & noſtro cauta nouerca toro:
Coniugium pueri laudate & ferte paternum
Capta dabit veſtris moribus illa manus.
Nec matrem laudate nimis collata priori
Vertet in offenſas libera verba ſuas.
Seu memor illa mea contentus manſerit vmbras
Et tanti cineres duxerit eſſe meos,
Diſcite venturam iam nunc ſentiſſe ſenectam
Cœlibis ad curas nec vacet vlla via,
Quod mihi detractum eſt, veſtros accedat ad annos
Prole mea Paulum ſi iuuat eſſe ſenem.
Et bene habet, nunquam mater lugubria ſumpſi.
Venit in exequias tota caterua meas.
Cauſa perorata eſt flentes me ſurgite teſtes.
Dum

Dum pretium vitæ grata rependit humus.
Moribus & cælum patuit. Sim digna merendo
Cuius honoratis oſſa vehantur equis.

Artificium.

HAec Elegia in deliberatiua cauſa verſatur, quod habeat prò fine diſſuaſionē doloris, & lamentationis Pauli Aemilij ad coniugis ſuæ ſepulcrum ductis rationibus ab inutili, & ſuperuacaneo. Tum teſtatur Tartarum ſe inſontem, & eo indigum *Damnatæ noctes*. Deinde incidens ſequitur oratio laudationis funebris: qua defuncta probans beneficio motum, & vitæ bene rectæ dignā exiſtimandam fœmineo triumpho, & grege præcellentium fœminarum: & ad maritum conſolandum etiam refertur. *Si cui fama fuit*.

Deſine Paule Tota Elegia idolopopeia cōſtat, quod Cornelia defuncta ad dicendum ſit introducta. de qua figura agimus in Rhetore. Incepit a propoſitione diſſuaſionis a fletu, & querela: *Deſine vrgere ſepulcrum meum lacrymis*: ceſſes inſiſtere ſepulcro fletu: depone mœrorem, & à ſepulcro diſcedas.

Panditur. ratio, quia nullis lacrymis, ac precibus mouentur manes. *Ianua nigra* periphraſis inferorum ianuæ, & Plutonis. Vt *Ianitor nua Ditis. Ad nulla preces* nullis precibus. aliquando pro tertio caſu ponitur: vt Eleg. 1 huius libri: *Hærentes ad ſaxa* pro ſaxis.

Cum ſemel. Expoſitio, nam, inquit, cum ſemel funera, hoc eſt vmbræ, & manes mortuorū per metonymiā antecedētiū pro cōſequētib.; nā funera ſunt mortuorū corpora, cū

eſſe-

efferuntur; *intrarunt leges infernas*; tranſierũt limen inferorum, vbi leges ſunt immutabiles illic manendi. & hic pariter eſt metonymia adiuncti pro ſubiecto.

Vestant. exitus, & egreſſus obſtant abire volentibus.

Adamante non exorato: quem nemo exorare, & flectere poteſt. Et eſt allegoria, id eſt non audieris, quia præces negliguntur.

Te licet. Quamuis preces tuæ aures Plutonis perueniant, tamen nihil tibi proderit, quia te exire non ſinet. *Deus fuſca aulæ* periphraſis Ditis.

Nempe. allegoria ideſt fruſtra lacrymas effundes. *ſurda bibent.* metaphoræ ab animali ad non animal, quæ proprie poetarum ſunt *ſurda* non audientia; *bibent* abſument. *tuas lacrymas* tuas flebiles preces.

Vota mouent ſuperos. Catholica ſententia eſt, Deos ſuperos exorabiles inferos inexorabiles eſſe: quam ab Hom. l.9. Iliad. ſumpſit. contra vero Virg.

Flectere ſi nequeo ſuperos, Acheronta mouebo.
ergo mouent flectunt, *vota* promiſſa, dona, ſacrificia.

Vbi portitor ſenſus eſt, cum Charon acceperit naulum ex ore defuncti, clauditur inferna porta lurida, id eſt nigra, & pallida. Hoc ſumptum eſt ab Aegyptijs, qui obolum in os mortui imponebant, quem daret portitori Charonti, ſine quo nullum traijciebat, ſed inhumatum relinquebat. vnde Virg.

Hæc omnis, quam cernis, inops, inhumataque turba eſt.

Iu-

Iuuen. ſat. 3.

Hac habet, porregat ore tientem.

Huic fabulæ locus datus eſt, quia Aegyptij Charonti, qui eorum cadauera vehebat ad ſepulturā, obolum pro vnoquoque dare ſolebant, Diodorus l 2. æra pro numis metonymia materiæ pro re ex ea facta. *obſerat* occludit, coercet, *rogos vmbroſos* manes tenebricoſos, vel vndę multæ vmbræ euolant ijs extinctis, Eleg. 1. l 4.

Luridaq; euictos effugit vmbra rogos.

Sic mæſta. Id ſignificauit lugubris cantus tubæ, plane abijſſe eum, cuius funus celebratur, nec amplius rediturum. *mæſta* quia funeribus adhibentur. *cum fax inimica* ignis ex face infeſtus & ſæuus, quod nemini parcat, *ſubdita* ſubiecta, ſuppoſita, *letto* mortifero detraheret ſubduceret ſenſim adimeret *noſtrum caput* me mortuam. ideſt cum meum cadauer combureretur.

Quid mihi. conqueritur, quod ſibi nihil contra vim fati, & mortis vitam fortem familiam nobiliſſimamque Aemiliorum, nupſiſſe: aut habuiſſe proprios auos hoc eſt Scipiones duos clariſſimos ex gente Cornelia; qui Africani ab Africæ, deuicta cognominati fuerũt: aut pudice, & integre vixiſſe, profuerit. quia non minus more ei pepercerit; quam ſi fuiſſet humili loco nata, ſi ſordido nupſiſſet, ſi noxa, ac infamis fuiſſet.

En ſum. ratio, quia in leuiſſimum puluerem redacta ſum, quem quinque digiti, id eſt vna manus tollit, & ſuſtinet. ornauit ſententiam interrogationibus crebris, ad commi-

miſerationē mouēdam. Emphaſi in dictione: Pauli, id eſt clariſſimi viri. metonymia inſtrumenti pro re, *currus* pro triumpho, & ſynecdoche numeri ſingularis pro plurali: periphraſi *auorum* ideſt Corneliorum, Africanorum. metaphora pignora tanta, ideſt coniux, & aui; qui me obſtrinxerunt ad famā integrā, pudicitiamque ſeruandam: fabuloſa dictione *parcas* mortem: metaphora *immites* crudeles; & alluſio eſt ad nomē parcarum per antiphraſim *habui* experta ſum legitur etiam in tertia perſona *habuit* ſentit non mitiores ſe eſſe expertā, dū addit, *en ſum onus quod leuatur quinq; digitis*. & eſt ſynecdoche partis pro toto id eſt vna manu. legitur etiam *&* *ſum* ſed figuratior eſt ſuperior lectio.

Damnata noctes. Tartarum teſtatur inſontē ſe, indignamq; eo eſſe: tum petit à plutone citra mitiora vmbræ ſuæ præberi: & vt omnia quieſcant apud inferos, dum iudiciū ſuū peragitur, & ſimul cruciatur intermittantur; vt cauſæ ſuæ intentæ eſſe vmbræ poſſint, quod eſſe non poſſit, niſi pœnis intermiſſis. Quę poetice ita expreſſit. per proſopopeiam, & apoſtrophē ad Tartarū, per metonymiā adiūctorum Tartari pro eo, quæ ſunt noctes dānatæ, ideſt tenebrę, vbi ſontes ſunt animę, paludes ideſt ſtagna Cocyti, & ſtygia palus, *vada lenta* appoſitio cum metaphora, ideſt aquæ non fluentes; *implicat*, impedit, coercet. *immatura* metaphora à fructibus: ſenſus eſt, quamuis ante diem acerbo funere elata ſim; tamē huc ad inferos deſcendi inſons, & ſancta anima. *non noxia*. innoxia, inſons.

Det:

Det pater. periphraſis Plutonis, quem admonet æquitatis. nam cum innocentibus æquius agendum eſt.

Molliaiura. æqua benigna; meæ vmbræ mihi mortuæ.

Si quis Aeacus. Si quis, ſeuerus, & rigidus iudex, qualis Aeacus, meæ cauſæ conſtitutus eſt, antonomaſia eſt. *Sedet* tamquam in cauſa graui: nam interdum iudex ſtabat in leuiori. Cic. in Bruto, *adſtantem iudicem dicere. Vrna poſita* aſtante. Virgil. *Ductis ſtat ſortibus vrna.* & ſignificat ſortitionem: quia Iudicum nomina in vrna verſabantur. Horat. l. 3. o. 1.

Omne capax mouet vrna nomen.

Cic. Ver. 4.

Duxit ex vrna tres.

In mea. Is iudex ſorte ductus iud cet meas oſſa ſenſus eſt, ſententiam ferat in me mortuam. *ſortita pila* ſorte educta. ſortiri pilā eſt ſorte educere ex vrna nomen iudicis in pila ſcriptum.

Aſſideant fratres. ideſt electus iudex ſorte habeat ſuos aſſeſſores, ideſt conſiliarios, & quaſi ſecundos iudices: & aſſeſſores ſint eius Aiaci fratres Iouis ſcilicet filij Rhadamantus, & Minos.

Et ſeuera turba Eumenidum ideſt Aſperæ, & ſæuę furiæ infernales aſſideant, tamquam canes ad miniſterium paratæ: Sedent furiæ in limine inferorum ante fores carceris. *intento foro* agente, vel hypallage eſt, pro turba intenta: vel legatur *intanto foro*. Scal. legit.

Aſſi-

Aſſideant fratres, iuxta Minoida ſella,
Eumenidum intento turba ſeuera foro.

Syſiphe. Dum meum iudicium exercetur ; ſyſiphe careas graui illo ſaxo, quod perpetuo volutas.

Taceant Iſionis orbes. quieſcat, & conſiſtat rota Ixionis. *taceant* metaphora ab animalia, *orbes* enallagæ numeri, pro orbis, id eſt, rota.

Fallax Tantale corripias aquam te fallentem, cum uis eam haurire fugientem. *Tantaleo* pro Tantalo Epentheſis eſt. vt apud Auſonium : *Tyndareus pater his,* pro Tyndarus.

Cerberus. petit etiam, ne cerberus canis infernus *petat vllas vmbras* animas, ſiue manes interim quaſi morſurus. Et ut *catena lapſa iaceat ſera* vel melius hypallage, *iaceat ſera lapſa, catena tacita* catena iacet, cum ianitor abeſt; nec tintinnit. Hæc igitur tribui honori ſuo Cornelia vult.

Ipſa loquar. Innocentiæ ſuæ fidens ſemetipſam ſine aduocato cauſam ſuam acturam ſine mendacio affirmat. Val. Max. l. 8. c. 3. exempla affert mulierum, quæ apud magiſtratus pro ſe, & alijs cauſas egerũt. *Si fallo* mẽdaciũ dico : *pœna ſororum* Danaidum videlicet, puniar, quarum vrnæ numquam impleri poſſunt vnde Ouid.

Quæque gerunt humeris perituras Bellides vndas.

Illæ ſorores, quia viros ſuos occiderunt finguntur apud inferos eo ſupplicio perpetuo dãnatæ, vt dolium quoddam pertuſum aqua

co-

conentur implere, vnde tantum effluit, quantum infunditur. Hiſtoria harum 50. ſororum videatur apud ouid. ep. Hyperneſtræ ad Linum. ordo eſt, *Si falſo urna infelix* id eſt infelicem faciens *pœna ſororum* appoſitio eſt, quæ eſt pœna ſororum Bellidum, *urgeat meos humeros* fatiget, premat aſſiduo. id eſt eadem afficiat pœna, qua illæ ſorores afficiuntur.

Si cui fama. Induitur Cornelia per idolopopeiam apud inferos Iudices orationem habens in laudem vel potius in defenſionem ſuam, quod viuẽs pertricta fuerit alicuius culpæ ſuſpicione. Itaque & laudationis, funebris, & apologiæ exemplum eſſe poterit. Ordinem temporis ſeruauit ordiens à commendatione vtriuſque generis ſui, paterni Corneliorum, *per auitos trophæos* & materni ſcriboniorum, *Altera maternos.*

Deinde omiſſa pueritia, vbi tantum indoles laudatur, ad pubertatem tranſit. *Mox ubi* in qua ſe laudat à pudicitia, quod vno contenta fuerit viro *Sic diſceſſura* &c. à fide ſeruata marito aſſerens nihil ſe feciſſe indignũ cenſura mariti. *Teſtor maiorum* &c. *Me neque cenſura*, quæ multis firmat argumentis. poſtremo à fœcunditate: & tamen emerui: expleta Apologia filios ſuos, & filiam marito commendat, ac monita quædam ei dat: *Nunc tibi.* Natos inſuper inſtruit, quomodo ſe genere debeant erga nouercam, ſi pater aliam coniugem duxerit, monetque eos, vt patris ſenectam ſouæant, & indulgentiſſime curẽt. *Sed memor* tamen diuturnam vitam eis optat:

Di-

Diſcite venturã ſequitur peroratio totius Orationis. *Cauſa perorata eſt.*

Si cui ſenſus eſt, ſi cui gloria eſt, ac nomen ex auorum titulis ,] & ornamẽtis, [ego clariſſima ſum, [quæ in ſtẽmate[paterno habeo Numantinos, & in materno ſcribonios, & libones. & ita ſe cõmendat per collationũ maiorum, quã ſentẽtiã poetice ita pertractat *ſiſama* id eſt laus ; *per auita trophea* per victorias inſignes auorum virtute parta, *fuit decori cui*: ornamento alicui. & decor hic, & decus cõfunduntur : cum proprie decor ſit formæ, & decus famæ, & animi. *auita* auorum, & maiorum *Vera regna* egregia facinora, quæ vere reges faciunt ,[& eſt metonymia effectus pro cauſa . *Loquuntur Numantinos auos* : teſtantur Scipionem Aemilium, qui de Numantia deleta triumphauit , vnde Numantinus dictus fuit, illuſtriſſimum fuiſſe. Cic. 6. de Rep. *Hãc* (Chartaginem) hoc biennio euertes, Numãtiamq; excindes. Vide Florum lib. 2. cap. 18. quidã pro, *vera* verſã legit, pro euerſa regna & ita clarior eſt ſententia; alij codices, atra, vnde Scal corrigit Afra , propter Chartaginem, quæ in Africa eſt.

Altera turba: multitudo cognatorum maternorum . *Exequat* par es facit Libones maternos & Scribonios, quia mater Corneliæ Scribonia dicebantur , ſcilicet Africanis & Numantinis paternis . De L. Scribonio Libone Suet. in Tib. c. 25.

Et domus. Vtraq; familia paterna, & materna nobilis eſt; & ſuis titulis, inſcriptionibus, & monumentis ſubnixa . Tituli ſunt ſepul-

pulchrorum, ſtatuarum, imaginum.

Mox vbi. Trãſit a laudibus generis ad proprias Corneliæ in pubertate partus. prius periphraſticę connubiũ ſuũ per adiuncta deſcribit. *prætexta ceſſit facibus maritis* ideſt nupſi.nã puellæ honeſtiores togam prætextã ante nuptias geſtabãt, viliores vero togam ſimplicem cũ nubebant eam deponebant, & tunicã ſumebant, quæ recta dicebatur, quæ ita contexta erat, vt veluti rigens ſtaret. plin. lib. 8. c. 48. & togula ex Arnobio l. 2. Fortunã deferebantur ad virginalem. In nuptiali celebritate etiã quinq; faces accendebãtur, vnde poeta dixit, *prætexta ceſſit* locum dedit, *fac bus venientibus* nouæ nuptæ.

Vinxit &c. alia adiuncta, quando depoſita etiam virginali vitta, nuptialem ſumpſi, quæ pariter recta dicebatur, vt nuptialis tunica. *vinxit* abſtrinxit, *comas acceptus* capillos collectus, & datos.

Iungor. Sic fio particeps, & ſocia tui tori, vt nõ ſim diſceſſura ab eo, diuortio, ſed morte. Cęlius Cic. lib. 6. E 8. vxor a Dolabella diſceſſit pro diuortium fecit.

In lapide. Ex quo fiet, vt in lapide ſepulchrali legar a prætereuntibus fuiſſe nupta vni tãtum, id eſt tibi Paule. quod eſt pudicitię laus mulieris, & vno viro contentam eſſe, & vni tantummodo nupſiſſe. Val. Max. l 3. c. 1. *Qui* vno contentæ erant matrimonio, corona pudicitię honorabantur. Vnde Mart. de Cloe ita iocatur.

Inſcripſit tumulo ſeptem celebrata virorum
Se feciſſe Cloe: quid pote ſimplicius?

Teſter

Teſtor maiorum. Teſtatur, & iurat Cornelia ſe leges cenſorias à proauis ſuis conditas non iudicaſſe eſſe molliendas, & temperandas tanquam nimis rigidas, ſed tales comprobaſſe, cuſtodiſſeque quales latæ fuerunt, nec vlla macula familiam dedecoraſſe, quod inprimis dictum eſt ob Paulum Aemillum, qui cenſor fuerat, ac in cenſura tres ſeniores mouit. poteſt etiam referri ad cenſuram mariti Pauli, quam infra ſignificat.

Teſtor maiorum cineres iuro per inanes Africanorum, & Libonum, tibi Roma colendos à ſe verendos ob eorum in te merita.

Sub quorum titulis. expolitio per erum periphraſticam enumerationem. nam hic duos nominat Africanos, quorum alter Carthaginem, & Africam deuicit, & Romanorum tributariam fecit; alter Carthaginem funditus deleuit.

Africa iacet tonſa comminuta, tracta, omni decore ſpoliata.

Sub titulis quaſi ſub pedibus, vel in eorum titulis, & inſcriptionibus, eſt apoſtrophe.

Et perſen Teſtor ſignificat Paulum Aemilium, qui Perſen regem Macedonum vicit, & de eo triumphauit. Is proauum Achillem habuit. A Paulo Aemilio Cornelia originem ducit propter Numantinum, qui qui fuit filius legitimus Aemilij, & per adoptionem inſertus familiæ Scipionum: præterea nupſerat Paulo, qui erat gentis Aemiliæ, & grauiſſimum eſt teſtimonium hoſtis de hoſte in laudem. eadem

dem filius Italicus de Philippo iſtius perſe patre.

Hinc gente egregius , veteriſque ab origine regni

At accidum ſceptris , proauoque tumebat Achille.

Hic autem dicit *ſimulantem pectus Achillis* id eſt animos, ac ſpiritus ; & bene ſimulantem , quia fingebat & mentietur ſe ab Achille genus ducere : cum Liuius noſtrum , ac ſpurium feciſſe ſcribat . Alij legunt *ſtimulantem pectus Ach llı proauo* . vt ſit ſententia , Achillem dolere,quod tam ignauum, & imbellem pronepotem habuerit.

Quiq; prauus ſcilicet Paulus Aemilius *fregit* contudit, deuicit, *domos tuas* ſedes , patriam pthiam , & Teſſaliam . Virgil. 6. Aen.

Veniet luſtr.s labentibus etas,

Cum domus Aſſaracı Pthiam

Meneque ait Cornelia nunquam poſtulaſſe vt ſeueritas cenſuræ mitigaretur. *molliſſe legem* poſtulaſse , vt lex molliretur. *Nec ulla* nec vlla macula ſuas lares pudore, ait , eſse affectos , *erubuiſſe* metonymia ſequentis pro antecedente . quaſi moueantur dij penates aut vitiis , aut virtutibus familiæ . Sup. Eleg. 4.

Et ualeat probro Veſta pudenda meo.

Nec fuit. expolitio ego non diminui laudem maiorum meorum, qui victores,& triũphatores fuerunt & metonymia eſt ſequentium pro antecedentibus : nam victi exui, ac ſpoliari ſolent. *Damnum* dedecus, & eſt

An-

Antiptoſis damnum pro damno. *Quin*. Quinetiam *fuit pars magnę domus imitanda* ideſt vnde virtutum petenda a ſuis gentilibus. nam vitia imitanda non ſunt. Familia autem, vt liberi, & ſerui ſe ad exemplum conformant patris, & matris familias.

Nec mea. Ego per totam vitam eadem māſi, & mihi conſtiti. *mea ætas* ergo ipſa, *mutata eſt* in deterius, quia tota eſt ſine crimine.

Viximus inſignes conſpicue, & illuſtri in loco. *inter vtramq; facem* nuptialem, & ſepulchralem, ideſt toto tempore matrimonij.

Mi natura: ea lex naturæ, *fortes creantur fortibus* vnde dicit *a ſanguine ductus*: *ne poſſim eſſe melior metu Iudicis* & dicit ſe non magis metu iudicij, quā natura coluiſſe bonitatem. nam boni non peccant virtutis amore; mali vero formidine pœnæ.

Quęlibet. Feratur, inquit, de me quodcumque iudicium; tamē nulla fœmina ſiue puella, ſiue nupta inhoneſtior erit, quod mihi aſſerit, & amici ſolent reis, nullam labem famæ ſuæ áſperget. Improbis autem, & ſceleratis aſſidere omnes fugiunt. Cic. 2. cat *Quid quod aduētu ſuo iſta ſubſellia vacua facta ſunt? &c.*

Qualibet vrna Quiuis ordo Iudicū, qui tres erant; ſenatorius, Equeſtris, & tribunorum ærariorum & ſinguli vrnam ſuam habebant. *Ferant tabellas*: ſeueras iudicet, vt ſupra dixit, in mea oſſa ſeuere, *Turpior aſſeſſu* ſenſus eſt, feratur de me quodcunq; iudicium, tamen nulla fœmina ſiue puella, ſiue nupta inhoneſtior erit, quod mihi aſſiderit, vt amici ſolent eis.

Vel

Vel tu. Vel pro ſiue, & exempli gratia,ex pone. & eſt ſenſus, ſiue tu etiam Claudia ſuple mihi aſſideres, *rara miniſtra Deę turrica* ideſt vnica, & ſingularis exempli Virginũ Veſtalium, *quæ mouiſti Cybellem tardam fune* ideſt ſimulacrum bonæ Dea, quod nulla vi hominum moueri poterat cum nauigio, cui impoſitum erat, non eſſes turpior meo aſſeſſu. Hiſtoria eſt,cum Claudia Veſtalis in ſuſpicionem ſtupri veniſſet & ſimulacrum Cybeles nauigio impoſitum in vadoTiberis ob hęreret, ad comprobandam ſuam pudicitiam fertur cingulo,ſiue fune duxiſſe nauem, quam multa millia hominum,vt ait D.Hieronymus, trahere nequiuerant. Suet. in Tib. c.1. Ouid 4 Faſtor.& Val.Max. *Cybellem* additur altera, metri cauſa, turrigera dicitur, quia pro terra ponitur, in qua ſunt turres.

Vel cui. ſiue illa ſuple aſſideret,cui carbaſus alba, ideſt pars veſtis carbaſinæ;hoc eſt lineæ auulſa,& iniecta aræ frigenti, *exhibuit focos viuos* edidit,& oſtendit ignes: *cum Veſta repoſceret*, tamquam depoſitum à ſacerdote ſua, *ignes cõmiſſos* cõcreditos.quia ei cuſtodia ignis,Veſtæ concredita erat. Eſt igitur periphraſis Aemiliæ Veſtalis.de quaDi.l.2.Cũ oliʒ ignis Veſtæ defeciſſet, negligentius aſſeruante Aemilio, quæ eius cuſtodiam alteri nouitia Veſtali mandaſſet, venit in ſuſpicionem quaſi parum caſte re ſanctiſſimam tractaſſet; tum inops conſilij Veſtam prius apprecata, iniecit aræ auulſam partem carbaſinæ veſtis, ac tum è frigido cinere per carbaſum flãmã emicuit. Val.Max.l.1.c.1.

Nec te. adiungit etiam ad probandam ſuã integritatem ſe in nullo matrem Scriboniam offendiſſe, niſi quia mortua fuerit. *Scribonia dulce caput* Charum, Lepidumque. De Scribonia legatur Suet. in Auguſto cap. 62 63. 69 eam in matrimonium Auguſtus accepit, & ex ea filiam Iuliam ſuſcepit, vnde nunc Corneliam eam ſororem vocat, quoniam ambæ ex matre Scribonia erant procreatæ. *Niſi fata* mortem, ideſt nullius rei pœnituit te, niſi mortis meæ.

Maternis comprobat ſimiliter vitæ ſuę honeſtatem ex conſequentibus. obitum meum deflet mater, totus populus Romanus, & Auguſtus. ergo vixi ſumma laude digna. nam ab omnibus defleri maxima eſt laus; cum vitioſi non defleantur. *Vrbis* ciuium, metonymia eſt. *Oſſa mea* ego mortua.

Ille ſua. ſenſus eſt ex Beroaldo, Auguſtus gemens dicebat me vixiſſe ſororem dignam Iulia filia ſua. Ex Scaligero ſecus, & verius ſic. *Ille* Auguſtus crepuit cum crepitu verborum, & obiurgatione dicit, ſcilicet me ſororem Iuliæ *vixiſſe dignam ſua nata* ideſt, quæ illius filia eſſem, non ſororem Iuliam tot impudicis factis infamem. nam Dio. li. 55. ſcribit Iuliam relegatam fuiſſe à patre in inſulam Pandatariam & eam vltro ſecutam fuiſſe Scriboniam matrem. Suet. in Auguſto cap. 65 ob quam rem damnatus etiã fuit Ouidius non ob libros. hæc Scal.

Lacrymas ire Deo effluere ex oculis Dei Auguſti, Auguſtum Deum flere. Auguſtus viuens & appellatus, & cultus vt Deus fuit,

Dij autem an lacryment, quæritur.

Et tamen. laus à fœcunditate. nam Beroaldus veſtem ait intelligi matronalem, quæ concedebatur fœcundis fœminis, & matribus trium liberorum, vt erat Cornelia. Idem fere. Turnebus l.23 c.1. Scalig. vero ait hinc elici matronas efferri ſolitas ornamentis conſularibus, quarum filij curules magiſtratus geſſiſſent. quod dignum eſt notatu.

Nec mea. ideſt ego rapta non fui de infœcunda familia. infra: *Conſule quo facto tempore rapta ſoror.* facere rapinam, eſt rapere, vt facere moram morari. Rapi ſimulabatur virgo, egremio matris, cum ad virum tradebatur, quod ea res feliciter Romuli ceſſit. Cat.

Qui natam poſſis complexu auellere matris.

Dicit igitur Cornelia ſe fuiſſe fœcundam, quia ex fœcunda familia venit.

Te Lepide. apoſtrophe ad natos ſuos, & expolitio ſuperioris ſententiæ. & ita explica. *Nos vidimus te Lepide, & te Paule leuamen mei poſt fata,* ſolatium mortis meæ immatura, quia ſuperſtites vos reliqui, & florentes. & quia, *condita ſunt veſtro lumina noſtra ſinu.* ideſt compoſiti, & clauſi mihi oculi à vobis ſunt, cum in ſinu, & amplexu veſtro expiraui. Vnde Ouid. in Epiſt. Penelopes de Thelemaco filio.

Dij potius faciant, vt, euntibus ordine fatis,
Ille meos oculos comprimat, ille tuos.

Nam in complexu carorum libenter homines emori ſolent.

Et fratrem ſuple vidimus, an fratré Lepidi & Pauli, & filium Corneliæ, an ipſum Corneliæ fratrem, vt verius putat Paſſeratius.

Geminaſſe ſellam curulem: iterum factum eſſe vel ædilem, vel prætorem, vel conſulem, hi ſunt enim curules magiſtratus. Tacitus l. 1. Annal. M. Agrippam geminatis conſulatib. extulit. Sella curulis eburnea erat Ou. 1. Faſt. *Et noua conſpicuum pondera ſenti t ebur.*

Conſule quo facto. obſcurus ſermo. *Quo tempore rapta ſoror, facto* (eo fratre) conſule. aut *tempore* pro mature cum eſſet tempeſtiua virо, vel tempore anno ſuo. Paſſer. *ſoror* an vero, vel ego ſoror Iuliæ; vt opiſtra filij. an mea? an ego ſoror Iuliæ; vt opinatur Paſſer. *rapta* ſuple sum, ideſt nupta.

Filia tu. præcipit filiæ, vt ita vni ſoli nubat ipſa vt fecit, Lipſius l. 4. c. 1. Antiq. legit *ſpecimen* non *ſpeciem* ideſt, quæ ita nata es, vt cenſuram patris tui moribus exprimas, & damnat lectionem ſpeciem vt ineptã Paſſer. retinet ſpeciem ita, cum nacta ſis ſplendorẽ hunc, ac dignitatem, ideſt ſpeciem, quia pater tuus cenſor fuit, fac vno viro contẽta ſis, ſic enim ipſa legem cenſuræ non molliui, vt dixit ſupra; ſæpe enim Cic. ita ſpeciem vſurpa z: de or de ſpecie, & dignitate cẽſurę

Nos imitata ſupra: *In lapide hoc vni nupta fuiſſe legar.*

Et ſerie; ſenſus eſt, date operam liberis, ne deficiat ſoboles. & domus veſtra ruat. *ſerie* longo ordine liberorum, nepotũ, & pronepotum Fulcire domum adoptione dixit Sen.

Mihi cymba volenti: me non inuitam traijce nunc Charon parat, libenter morior. *Tot*

meis

meis vncturis mea fata. ideſt tot natis, & charis, poſt me relictis, qui meum cadauer vngendo funus meum curabunt, nam vngebantur mortui: alij legunt, *Aucturis tot mea fata malis*, ideſt libenter morior; quia ſi diu viuerem, mors mea efficeretur calamitoſior, cum cogeret videra funera filiorum. vt *tot malis aucturis* ſit periphraſis mortis filiorum, *mea fata* meam mortem.

Hac eſt. ſententia eſt, Mulier laudata poſt mortem vere vixit in laude, & hic eſt quaſi triumphus fœmineus, cum poſt obitum fama liberior ſit, ex lingua liberrima. *Vbi fama libera* cum ſermo de mortuis nulli vel inimicitię vel gratię obnoxius *laudat rogum emeritum* cõmẽdat manes benemeritos, & laude dignos, ideſt mortem alicuius fœminæ; *hæc fama* iſta celebratio, *eſt merces extrema triumphi fœminei* eſt tamquam triumphus fœmineus.

Nunc tibi: Peracta ſua cõmẽdatione, & apologia Cornelia cõmẽdat marito proprios filios, & quomodo ſe gerere erga eos debeat, admonet. Ita Creuſæ vmbra Aeneæ marito apud Vir. 2. Aen. *Iãq; vale, & nati ſerua cõmunis amorẽ. Natos cõmunia pignora* filios cõmunes, qui ſunt pignora hoc eſt ſigna, & quaſi teſſeræ coniugũ, metaphora *Hæc cura*: liberorũ, *ſpirat*, viuit adhuc, *inuſta cineri* inhærens, & penitus infixa mortuæ. ſẽſus eſt. cura filiorũ ẽt viget apud me defunctã. & ſignificat amorem matrũ, nec ipſa morte aboleti poſſe. e. 15. l. 3. *Te ſolum & l gni funer is vſtus amem.*

inuſta metaphora a notis, quæ cãdẽte ferro pecorib. inuritur. & ſpirat metaphora ab animali.

Fungere. ſuſcipe etiam materna officia, & exequere, licet ſis pater. *vicibus* muneribus, & officijs. *Omnis illa verba meorum* nempe filiorum, qui tres erant, niſi etiam nepotum ſpem intelligat; *erit ferenda tuo colle* ſuſtinenda pendens iniectis bracchiolis e tuo collo; & blandiens Ouid. Epiſt. Hermone.

Non tibi blanditias primis mea mater in annis
Incerto dictas ore puella tuli.
Non ego captaui breuibus tua colla lacertis,
Nec gremio ſedi ſarcina grata tuo.

Oſcula cum dederis. cum paterna oſcula dederis filijs, adijcito matris oſcula, ideſt imple vniuſq; parentis officium. dicimus dare oſcula, ferre, libare, & oſculari.

Tota domus. tu ſolus ſuſtines curam totius familiæ; quia pars altera abeſt. Virg. *In te omnis domus inclinata recumbit.*

Et ſi quid ſi aliquid deſiderium noſtri tanget, & anget te, ne filij ſint lacrimarum teſtes, ne fleas eis preſentibus, *ſine teſtibus illis* eclypſis eſt verbi *doleas.*

Cum venient. cum filij accedent ad te, tolle, oſcula ideſt ora, vultum: diſſimula dolorem ficta lętitia in vultu. Virg. de Aenea.

Spem vultu ſimulat, premit altum corde dolorem,

Siccis genis abſterſis lacrymis.

Sat tibi. Satis, ſuperq; eſt te noctibus lamentari de noſtro obitu filijs non videntibus. Quas fatiges, exerceas, male habeas, & rebus inanimis ſenſum tribuit poetice.

Somniaq; ſæpe tibi *credita in faciem meam* ad ſimilitudinem oris, vocis, & habitus mei ſupplex ſatis ſint. *Somnia* via nocturna, quib.

ſæpe-

ſæpe fides habetur, vnde *credita* dixi. de ſomnijs vide Rhetorem l. 2. c. 3.

Atq; vbi. cũ noſtram imaginem alloqueris, & ad vmbram verba facies in faciem meã. Beroaldus intelligit imaginem ſuam, quæ erat in cubiculo maritali *ſimulacra* pro ſimulacrum ſynecdoche numeri eſt.

Vt reſponſurę. Ordo eſt, iace verba, dic, proferas verba *vt reſponſura ſingula* tanquam ſi ego eſſem reſponſura ad ſingula verba. Cic. de finib. dixit, *reſpondere ad* ſingula: in Orat. ad ſingulas res.

Seu tamen A marito ad filios apoſtrophem facit, quos docet, qua modeſtia vti debeant: ſi pater ſuper induxerit nouercam.

Lectum aduerſum mouerit, nouercalem intelligit. Scal Ianua dicitur mutare lectum, quæ videt alium aduerſum lectum in locum prioris, noua ſcilicet vxore domum ducta. Idem in Feſtum. In atrio ſternebant lectos eregione ianuæ, quos ideo aduerſos vocabant. *Nouerca cauta* fallax, & inſidioſa preuignis.

Coniugium pueri laudate: commendate, & tolerate mores nouercæ, etiam ſi vobis durior erit. *coniugium paternum* coniugem, & vxorem patris nouercam.

Capta dabit. illa vincetur obſequio veſtro, & comitate. *capta* delinita, victa *dabit manus veſtris moribus* vincetur miti ingenio veſtro, ac obſequens erit. Senec. de conſ. cap. 2 ad Aeluiam. creuiſti ſub nouerca, quam tu quidẽ omni obſequio, & pietate, quanta vix in filia conſpici poteſt, matrẽ fieri coegiſti.

Nec

Nec matrem. Nolite nouercam mihi comparare, neque me immodicis laudationibus extollere, quoniam illa meam laudationem ſuam criminationem eſſe putabit. Vulgo dicitur comparationes omnes eſſe odioſas.

Collata priori nouerca cõparata cum priore vxore Pauli, id eſt mecum, offendetur, & iraſcetur vobis liberius locutis.

Seu memor. Senſus eſt, ſi pater veſter tanti me fecerit etiam poſt obitum, vt velit viuere in Cęlibatu, & ſine alia vxore nullum officium a vobis filijs prætereatur erga patrem cælibem curandum. vel ex Paſſeratio, præſentite filij futurã patris ſenectum, vt aſſueſcatis obſequio patris, quem ſenectus difficilem, & moroſum reddet. vel *ſentite* experiri, & ſufferre. *Contentus mea vmbra* me mortua. *& tanti duxerit, æſtimauerit oneres meos* meos manes.

Diſcite ſentire aſſueſcite tolerare. *nec vlla via vacet ad curas talibis*. aperta ſit, & vacua. ideſt careat ille omni moleſtia, cum cælebs manſerit. vel ex Beroaldo, *nulla via vacet* ne deſit vlla ratio curandi, & fouendi patris. *Quod mihi*. præcatur filijs tãdem vitam diuturniorem ſua.

Prole mea. Paſſeratius ita exponit, optat Paulus ſibi breuiorem vitam ea conditione, vt meis liberis ſit longior. *mea prole* prolis meæ gratia ob prolis ſalutem, & longam vitam. *ſemen' eſſe* ſeneſcere breui, & morti proximum. parentes enim optant poſt ſe natos relinquere, in quibus ipſi viuere ſperant. legitur etiam *inuet*.

Et

Et bene habet. gratulatur ſibi ſuam fortunã & bonum euentum; quod viuens nullum funus ſuorum viderit, quod eleganter per adiuncta expreſſit. *numquam lugubria ſumpſi* id eſt veſtem lugubrem. lugubria namq; ſunt veſtimenta luctui accommodata. Ouid. in 11. Met.

Surge, age, da lacrymas, lugubriaq; in due, me me
Indeploratam ſub inania tartara mitte.

Venit ad. Omnes mei ſuperſtites funus meũ, & exequias celebrarunt. De caterua liberorum funus proſequente Cic. Tuſ. 1. Metellũ multi filij, filiæ, nepotes, neptes in rogum impoſuerunt.

Cauſa perorata eſt. ad finem orationis peruẽtum eſt. *Flentes me* qui illacrymatis, morti meæ, vt mater, Cæſar, vrbs tota, quibus laudor; *Surgite teſtes* vt teſtimonium pro me feratis. Hoc ſumptum eſt ex iudiciali Romanorum cõſuetudine, apud quos, vbi omnia, quæ dicenda fuerãt in cauſa, dicta erant, teſtes dabantur, qui teſtimonium dicturi ſurgebant ex ſubſellijs, in quibus ſedebant in iudicio, qui tunc ſuſpecti habebantur, quando ſedebant inter ſubſellia accuſatorum. Cic. pro Roſcio Amerino; Nemo vtitur eo teſte, qui ſurgit ex accuſatoris ſubſellio. Secus tamen Cic. ſe geſſit in Verrem citans teſtes ad vnum quodque crimẽ expoſitum, quo artificio ita fuit fatigatis Hortẽſius, vt nihil contra quod diceret, inueniret & Verres deſperato patrocinio ſponte in exiliũ diſceſſit.

Dum humus grata perſoluit pretium vitæ. dum patria, & populus Romanus gratus perſol-

uit

uit mihi laudem vitæ, quam ſanctè, & pudicè egi. Laus enim defunctis pro præmio eſt, quod bene vixerint. Vel dicit terram ſepulchralem ſibi ſepultæ eſſe leuem. tunc enim humus pretium dicitur rependere, quando nimio pondere non infeſtat cineres ſepultorum. videatur epig. 19. in opuſculo noſtro de epig. de more precandi ad ſepulcra.

Moribus & cælum. Via in celum aperta eſt ijs, & qui caſtè, & integrè vixerint, & ij in deorum numerum relati.

Sim digna merendo. Beroaldus, vtinam inquit beneficio morum, & vitæ bene actæ digna exiſtimet fœmineo poſt obitum triumpho. & ita *honoratis equis vehantur oſſa* erit periphraſis triumphãtis. Hanc interpretationẽ probat etiã Paſſeratius. Scaliger per honoratos equos currum prætorium cũ ſella curruli intelligit, imo certorium funus. quia dixerat ſupra matronas honorarijs veſtibus, curru, & ſella curruli ſolitas efferri; quæ filios conſulares, aut alijs curulibus magiſtralibus functos relinquerent. alij legunt pro *Equis* aquis, per quas Charon honoratas, & honeſtas matronas defunctas vehit in Elyſios cãpos. & vectura numeratur inter ſumptus funeris; l. ſumptus. & hæc verior iudicatur lectio.

FINIS.

BIBLIOTECA NAZ. ROMA VITTORIO EMANUELE

Digitized by Google